BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
21 H
56
M
A
IV
32
13-22-B-11
Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
21 H
56
M

A
IV
32

13

α
IV
32


REVE.mi P. F.RIS NICO
LAI RODVLPHY SAC
ET APOS
OLICI PA
LATY
MAGISTRI ORDINIS PRÆ
DICATORVM
ANNO 1623
SOCIVS
ALIS ET
GENER
ATOR
NVS PRÆDICATOR
BISCIO
FR. ANDREAS

AD SANCTISS. D.

D. N. VRBANVM OCTAVVM

PONTIFICEM OPTIMVM. MAXIMVM.

DE

PRAECIPVIS S. R. E. DIGNITATIBVS.

TRACTATVS SEXDECIM.

AVCTORE D. BLASIO BAGNO CENTENSI,
Sacræ Theologiæ Doctore.
Ac olim Canonicorum Regularium S. SALVATORIS.
PRIORE GENERALI.

X LIBRIS R.P.F. ANDREAE BISCIONI



BONONIÆ. Typis Nicolai Tebaldini. M.DC.XXV.
SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Digitized by Google



Digitized by Google

SANCTISSIMO DOMINO,
ET PATRI VNIVERSÆ ECCLESIÆ
IN TERRA PEREGRINANTIS

SVMMO PONTIFICI
VRBANO OCTAVO.

D. Blaſius Bagnus vita peccator, habitu Canonicus Reg. Sancti Saluatoris Debitam ſubiectionem cum humili ſeruitio.

MVLTI fuerunt, Beatiſſime Pater, Doctiſſimi, ac Præſtantiſſimi Viri, qui in vinea Domini laborantes, orationibus, atque ſcriptionibus ſuis Eccleſiam Dei maximè illuſtrarunt; de cuius amplitudine, dignitate, atque maieſtate pertractantes, docuerunt fideles, vbique gentium, qua deuotione, reuerentia, humilitate, Eccleſiam, eiuſque caput in terris venerari debeant. Ego equidem celſitudinem eius admirans, facere non potui, quamuis ſenex, & viribus corporis imbecillis, quin ea, quæ fusè apud moltos catholicos Doctores diuiſa reperiuntur De ſanctæ Romanæ Eccleſiæ præcipuis Dignitatibus, in vnũ quaſi compẽdiarium libellum breuiſſimè collegerim: noui enim ingenia præclara longiſſimos ſermones abhorrere, breuiſſimiſque delectari, præſertim ſi in

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

arduis Reipublicæ negotijs, vel ex officio, vel alia de cauſa detinentur. Vt igitur vnuſquiſque in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutus, facilè poſſit ſuam amplitudinem cognoſcere, ſuoque munere fungi, hos meos breues Tractatus De Præcipuis S.R.E. Dignitatibus in lucem edere, & Sanctitati Veſtræ dicare volui. Si enim quid in eis reperitur, quod protectione Mecœnatis dignum ſit, qua maiori protectione muniri poteſt protectione Summi Pontificis, in quo, & ex quo omnes Eccleſiæ dignitates refulgent, ac dependent? Et ſi quid in eis iudicari debet, quo meliori iudicio corrigi poteſt, quàm infallibili doctrina ſua, quæ nunquam fallitur? Accipiat igitur humanitas Sanctitatis Veſtræ munuſculum hoc ſerui Sui, & illud corrigat, & protegat iuxta ſapientiam ſuam, quam habet ſicut Angelus Dei. Valeat, & in ſempiternis ſæculorum ætatibus viuat.

TRactatus de Præcipuis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Dignitatibus à Patre Blaſio Bagno Centenſi, noſtræ Congregationis Doctore Theologo compoſiti, & à Patre Franciſco Ghislerio Bononienſi eiuſdem Congregationis Theologo de mandato noſtro recogniti, & ut in lucem edi poſſint probati, concedimus, ut typis mandentur, ſi ita Superioribus placuerit.

In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas.

Dat. Bononiæ *die* 22. *Iunij*. 1624.

Alphon. Bauoſius Prior Gener. Canon. Reg. S. Saluatoris.

Locus O Sigilli.

D. Io. Vincent. Bon. Not.

Digitized by Google

D.Homob.Pœn.pro Illuſtriſs.Card.Archiepiſc.

Imprimatur

Fr.Hierony.Onuphr.pro Reuerendiſs.P.Inquiſit. Bonon.

Digitized by Google

INDEX

Tractatuum huius Operis.

I. A Quibus ſancta Romana ſedes ſuam traxerit originem. pag. 1.

II. Quòd Sãcta Romana Catholica, & Apoſtolica Eccleſia ſit vna. 9

III. De libris, in quibus tota continetur ſcriptura Diuina, & de traditionibus, nonnulliſq; alijs, quibus innititur fides, atq; vnitas. S.R.E. 31

IV. De Romani Pontificis inſtitutione. 47

V. De Pontificis Maximi electione, atque conſecratione. 58

VI. A quo Pontifex Romanus ſuam habeat auctoritatem. pag. 76

VII. Pontificis Romani poteſtas ſuper quos extendatur. 82

VIII. Ad quid Romani Pontificis ſe extendat auctoritas. pag. 113

IX. De Ritu, ac Conſuetudine adorandi pedes Summorum Pontificum. 120

X. De ſolutionibus quarundam oppoſitionum contra prædicta. 103

XI. De Cardinalibus. S.R.E. 156

XII. *De*

XII. *De Legatis, deque eorum auſtoritate, & officio.* 184
XIII. *De Patriarchis, deque eorum præſtantia, officio, & dignitate.* 206
XIV. *De Archiepiſcopis, eorumq. auctoritate, poteſtate, & officio.* 240
XV. *De Epiſcopis, & eorum dignitate, ac poteſtate.* 440
XVI. *De Epiſcoporum reſidentia, & eorum oneribus.* 257.

Index Tractatuum Finis.

Digitized by Google

INDEX
Rerum Memorabilium.

A. *AARON.*

Aron ſignificabat Summum Pontificẽ Vic. Chriſti. pag. 145

ADORATIO PONTIFICIS.

Mos antiquus adorandi magnos Principes. 120
Lex Conſtantini Magni de adoratione Rom. Ecel. 121
Ritus adorandi pedes Summi Pontificis ſumptus eſt ab exemplo Chriſti. 123
Cornelius Centurio, & alij oſculati ſunt pedes B. Petri. 125
Henricus IV. & Fridericus II. venerati ſunt Pont. Rom. ibid.
Iuſtinianus veneratus eſt Conſtantinum Papam. 127
Sigiſmundus proprijs humeris extulit Martinum V. ibid.
Cur Pontifex in ſuis ſandalijs permittit crucem affigi. 129
Alexander Magnus veneratus eſt Pontificem Iudæorum. 132
Attila obediuit D. Leoni ibid.

APOSTOLI.

Protectores Eccleſiæ ſunt duodecim Apoſtoli. 15
Multipliciter fuerunt præfigurati in ſacris litteris ibid.
Eccleſiæ ab Apoſtolis fundatæ defecerunt, vna excepta Eccleſia Rom. 28
Apoſtoli ſunt fundamenta Eccleſiæ. 49
Apoſtoli ſimilitudinem referebant Cardinalium. 173

ARCHIEPISCOPVS.

Quid ſignificet hoc nomen Archiepiſcopus. 227
Origo Archiepiſcoporum. ibid.
Archiepiſcopus, & Patriarcha non ſunt idem. ibid.
Archiepiſcopus, & Primas differunt. 229
Archiepiſcopus, & Metropolitanus ſunt idem ibid.
Archiepiſcopus differt ab Epiſcopo. ibid.
De creatione Archiepiſcopi 230

Pallium eſt inſigne Archiepiſcopi ibid.
Dies in quibus Archiepiſcopi ſolent vti Pallio. 232
Quæ non poteſt Archiepiſcopus ante adeptum Pallium. 233
Qualis ſit iuriſdictio Archiepiſcopi in ſua diæceſi, & Prouincia. pag. 235
Quæ poteſt poſt adeptum pallium. 234
Quæ poſſit Archiepiſcopus in ſuis Epis ſuffrag. & eorũ Vic. ibid.
Quas põt cognoſcere cãs Archiepũs, q ſũt ſubiecti eorũ ſuffrag. 237

C. CAPITVLVM.

Vnus de Capitulo non poteſt eligere ſeipſum 215

CARDINALIS.

De origine DD. Cardinalium. 156
De nomine Cardinalis. 159
Dignitas Cardinalatus nunquam fuit, niſi in Eccleſia Rom. 160
Cardinales dicuntur à Cardinibus. 161
De Cardinalib. aliqua ſũt iuris Diuini, & aliqua iuris poſitiui. ib.
Tres ſunt gradus Cardinalium. 163
Epiſcopi Cardinales quot ſint. ibid.
Decanus Collegij Cardinalium. 164
Tituli Presbyterorum Cardinalium ibid.
Diaconi Cardinales, & Diaconiæ eorum 166
Numerus Cardinalium. 167
Ius creandi Cardinales eſt apud Rom. Pont. 169
Cardinales non ſolum habent ſimplex officium, ſed etiam dignitatem. 170
Cardinalatus inſtitutio eſt antiqua ibid.
Cardinales præcedunt Epiſcopos 172
Papa appellat Cardinales fratres. ibid.
Apoſtoli ſimilitudinem referebant Cardinalium 173
Qui Cardinales manus violentas infert, habetur reus læſæ maieſtatis. ibid.
Cardinales quod ius habeant in Concilijs. 174
Quæ ſint inſignia communia Cardinalium. ibid.

Innocentius Quartus dedit Cardinalibus galerum purpureum. pag. 175
Paulus Secundus reduxit habitum Cardinalium ad modum, quo nunc vtuntur. ibid.
Cardinales Monachi, ſiue alterius Religioni non deferunt Rochetum, niſi ſint canonici Regulares ibid.
Miſtica ſignificatio veſtium Cardinalium. 176
Cur Cardinales ferant in digitis annulos aureos. ibid.
Inſignia peculiaria cuiuſcunq. ordinis Cardinalium. 177
Quam iuriſdictionem habent Cardinales in ſuis Titulis. 178
An Cardinales habentes epiſcopatus teneantur reſidere. 179
An Cardinales poſſint teſtari. 180
Quid poſſit Collegium Cardinalium. 181
Quæ ſint priuilegia cardinalium. 182

CHRISTVS.

Chriſtus eſt fundamentum Eccleſiæ. 49
Chriſtus fuit Rex, & ſacerdos. 87
à Chriſto dependet ſedes Romana. 88
Chriſtus curam habuit animarum, & corporum. 91
Quid demonſtrauit Chriſtus in illis verbis ad Petrum, Reges gentium, &c. Matth. c. 17. 103
Chriſtus non poterat de iure à quoquam iudicari etiam vt homo. 148

CONCILIVM.

Papa eſt ſupra concilium. 111
Concilium Baſilienſe fuit reprobatum ſub Leone X. 112
Conſtantienſe verò fuit approbatum à Martino V. in aliquibus, & in aliquibus reprobatum. 113

CONSECRATIO.

De conſecratione Summi Pontificis. 74
De conſecratione Patriarcharum. 221
De conſecratione Epiſcopi 251
Quomodo celebretur conſecratio Epiſcopi. 252

Digitized by Google

D. DOMINIVM.

De iure gentium quatuor modis introducta eſt in orbem terrarũ dominatio, & ſeruitus. 135
Dominium temporale, & ſeruitus hominum non eſt de iure naturali primęuo, ſed ſecundario. 136

DONATIO.

Donatio facta à Conſtantino *Magno, & confirmata ab alijs* Imp*eratoribus.* 94

E. ECCLESIA.

Eccleſia R*omana fundata fuit à SS.* A*poſtolis* P*etro, &* P*aulo.* 1
Quid ſignificet hic terminus Eccleſia 11
Eccleſia duplex, bona, & mala. *ibid.*
Bona duplex triumphans, & militans. *ibid.*
Quando eſt orta eccleſia. 12
Eccleſia ſemper vna ante C*hriſtum, & poſt eius aduentum.* 13
Diuerſos habuit ritus, & cerimonias. *ibid.*
M*ultis nominibus nuncupatur in ſacris litteris* 14
Aſſimilatur naui. 16
Arca Noè *fuit figura* E*ccleſia.* 17
T*riplex vnitas in* E*ccleſia Dei.* 19
De latere C*hriſti formata eſt eccleſia.* 21
P*rincipale attributum eccleſię eſt eſſe vnum.* *ibid.*
In eccleſia eſt vnus P*rinceps* C*hriſtus, & vnus eius vicemgerens* Petrus. 23
C*hriſtus eſt fundamentum eccleſiæ.* 49
T*res ſtatus in eccleſia.* 51
Eccleſia militans regitur ad inſtar triumphantis. 83
Exemplo motorum cæleſtium demonſtrantur motus, qui debent eſſe in eccleſia. 100
Quare eccleſia habet bona temporalia. 102
Libertas eccleſia. ſt declaratur à C*hriſto in illis verbis Matt.c.17.* R*eges gentium.* 103
Eccleſia R*om. in qua reſedit* P*etrus, &* P*etri ſucceſſor, eſt vera* C*hriſti eccleſia.* 110

EC-

ECCLESIASTICI.

Eccleſiaſtici ſunt exempti à tributis. 143

Eccleſiaſtici non prohibentur habere diuitias 152

Christus non præcepit eccleſiaſticis, quòd contemptui haberent diuitias. 153

ELECTIO.

De electione Summi Pontificis. 58

Leges Conclauis, in quo eligitur Rom. Pon. 59

Bulla Gregorij XV. de electione Rom. Pont. 62

Electio Rom. Pont facta per vim, & metum nulla 73

Quem DD. Cardinales eligere debent in Vicarium Christi. 81

Electores Imperij qui ſint. 94

Electio Epiſcoporum non fuit ſemper eodem modo. 243

Qui eligitur in epiſcopum debet eſſe in ſacris constitutum. 245

Conditiones epiſcopi eligendi. ibid.

Eligentes epiſcopum indignum, qua pœna puniantur 247

Epiſcopus electus non poteſt exercere iuriſdictionem. ibid.

Epiſcopo electo debet denunciari electio intra octo dies. 248

Electus debet præbere conſenſum intra menſem. ibid.

Locus electionis epiſcopi. 249

EPISCOPVS.

Origo ordinandi Epiſcopos à tribus Epiſcopis. 207

De nomine Epiſcopi. 240

Epiſcopus habet altiorem dignitatem, quàm ſacerdos. ibid.

An epiſcopatus ſit ordo diſtinctus ab alijs ſeptem ordinibus 241

In epiſcopo non imprimitur alius character à ſacerdotali. 242

Quæ requiruntur ad creationem Epiſcopi. ibid.

Quid intelligitur nomine electionis epiſcopi ibid.

Electio epiſcoporum non fuit ſemper eodem modo. 243

Spatio trium menſium debet fieri electio 244

Quis præferendus ſit ad epiſcopatum, Theologus, an Canon 45

Quæ ætas requiratur in epiſcopo. ibid.

Tribus modis poteſt creari epiſcopus. 249

Creare epiſcopos pertinet ad Rom. pont. ibid.

Quæ

Quid poſſit epiſcopus confirmatus, non tamen conſecratus 250
Quomodo celebretur conſecratio epiſcopi. 252
An poſſit eſſe epiſcopus, qui non ſit ſacerdos. 253
De iuriſdictione epiſcopi. 254
Quid poſſit epiſcopus in Religioſo, & eorum eccleſias. 256
Cætera de epiſcopo vide in Verbo Reſidentia.

EVANGELISTÆ.

Quatuor Euangeliſtæ ſunt protectores eccleſiæ, & fuerunt figurati in viſione Ezechielis. 16

EXEMPTI.

Exempti aliquando ſubſunt legatis. 200
Legatus eſt ordinarius exemptorum. *ibid.*

G. GERMANI.

Germani quare ſic vocati ſunt. 95

H. HOMO.

Totum bonum eſt hominis, & omnia noſtra ſunt. ſ. ſuperiora, æqualia, & inferiora. 91
Sentiat homo ſeruitium, & reddat debitum creatori ſuo. 92

IMPERIUM, & IMPERATOR.

Imperij translatio à Græcis *ad Francos, & à Francis ad Germanos.* 95
Imperium eſt à Deo *ſed datur per manus ſui* Vicarij 96
Imperium apud quos fuerit antiquitus *ibid.*
Vacante Imperio ſuccedit Papa, non autem vacante ſede ſuccedit Imperator. 104
Imperium eſt Dei principaliter, & eſt Cæſaris, ſicut miniſtri. pag. 139
Imperium eſt Romani pont. *tanquam directi Domini, eſt verò Imperatoris tanquam vtilis Domini.* 140
Imperator appellat ſe filium chariſſimum Rom. Pont. 90
Conſtantinus Magnus fuit primus Imperator, qui recognouit poteſtatem Papæ. 93
Imperatores accipiunt à Sum. Pont. confirm. vnct. & coronat. 97
Si

Si in Imperatorē eſſet electus indignus, non debet confirmari.ibid.

L. LEGATVS.

Quis dicatur Legatus 184
Legatorum tres ſunt ſpecies. ibid.
Qui dicantur Legati *à latere.* 185
Legati miſſi dicuntur Nuncij. ibid.
Legati nati qui ſint ibid.
Quæ pœna puniendus ſit, qui impedierit legatos 187
Legatur egreſſus ab Vrbe poteſt vti inſignib. proprijs legatorū ibi.
Legati debent ſignificare diem aduentus eorum. ibid.
Legatus debet ingredi prouinciam per conſueta loca 188
Debet prius viſitare eccleſiam maiorem, antequam vadat ad hoſpitium. 189
Debet benedicere populum. ibid.
Poteſt ſecum ducere milites armatos. ibid.
Debet oſtendere litteras ſuæ legationis. ibid.
Quæ loca debet viſitare 190
Debet audire cauſas litigantium ibid.
Debet conſtituere ſuum Locumtenentem 191
Debet habere familiam honeſtam ibid.
Debet eſſe omnium virtutum exemplar 192
Legati de latere præualent alijs legatis 193
Si Legatus, & epiſcopus eodem tempore viſitarent eccleſiam, quid faciendum de iure? ibid.
Legatus poteſt petere procurationem. 194
Eccleſiæ exemptæ ſoluunt legato procurationem. ibid.
Papa ſolet approbare geſta Legatorum 195
Legatus de latere poteſt omnia, quæ non ſunt reſeruata Papæ.ibi.
Dat coadiutorem in beneficijs 196
Diſpenſat illegitimos ad ordines, & ad beneficia ibid.
Cognoſcit de omni quæſtione ad forum eccleſiaſticum pertinente. ibid.
Non poteſt ſe intromittere in iuriſdictione temporali epiſcoporum. ibi.

Poteſt

Poteſt contra laicos procedere. 197
Non poteſt ſe intromittere in cauſa alicui per papam delegata. ibi.
poteſt agere contra epiſcopum. ibid.
Confert beneficia. ibid.
Conuocat Concil.prouinciale ibid.
A Legato ſimplici datur appellatio ad legatum de latere. 198
Legatus ſuſpectus recuſari poteſt 199
Modus legati in ſignatura. ibid.
Legati faciunt ſtatuta perpetua. ibid.
poſſunt facere leges circa mores reformandos. 200
Abſoluunt aa excommunicatione ibid.
Concedunt indulgentias 201
Legatis aliquando ſubſunt exempti 202
Legatus eſt ordinarius exemptorum ibid.
eius poteſtas non expirat per mortem papæ 203
Quando finitur eius legatio. ibid.
excōmunicatus à Legato non remanet liber per diſceſſū Leg. 204
Quæ ſint priuilegia legatorum. ibid.

L Æ S I O.

Quæ dicatur læſio enormis. 200.

L E X.

Leges imperiales non ſunt ſupra leges Canonicas. 99
In lege naturæ ſacerdotes exempti erant à tributis. 144

M. MOYSES.

Moyſes non erat ſimplex Dominus temporalis.ſed & ſacerdos. 145.
Moyſes figurabat Chriſtum. ibid.

OBEDIENTIA.

Inferior non tenetur obedire ſuo ſuperiori in his,quæ ſunt contra Deum. 101
Triplex obedientia. ibid.

O V E S.

Animæ humanæ ſunt oues Chriſti 10.& 82
Oues Chriſti obediendo eius Vicario,non poſſunt errare. 25

Quo-

Quomodo paſcenda ſint oues Christi à prælatis 53

O V I L E.

Ouile ouium Christi eſt eccleſia Romana. 9

In ouile Christi vocantur homines, non vt pecudes, vel equi, & muli, ſed vt ratione vtentes. 12

P. PALLIVM.

Pallium eſt inſigne Archiepiſcopi. 230

Pallium ex quo fiat. 231

Pallij origo antiquiſſima. ibid.

Formula petendi pallium. ibid.

Formula qua datur pallium. 232

Dies in quibus Archiepiſcopi ſolent vti pallio. ibid.

Datur pallium etiam aliquibus epiſcopis. 233

PAPA, ſiue PONT. ROM.

Papa dicitur pater pauperum, vel pater patrum 30

Maieſtas papæ quanta ſit. ibid.

Institutio ſummi Pontificis fuit à Christo, & quando. 47

Papa à nullo alio habet auctoritatem ſuam, niſi à ſolo Domino noſtro Ieſu Christo. 76

Quare Rom. pont. non vtitur baculo. 79

Duo latera habet Rom. pont. ſ. Clericos, & laicos. 85

poteſtas ſpiritualis papæ eſt prior temporali in tribus. ibid.

Sicut Christus fuit Rex, & ſacerdos, ſic etiam Summus pôt. 88

papa non ſubeſt Regibus 89

papa transfert Imperium, & Regna. 94

Quid poſſit papa, vide par totum tractatum octauum. 114

pontifex fert in capite Mitram in ſignum poteſtatis ſpiritualis, & coronam Regiam in ſignum temporalis. 130

Cur ſæpius vtitur Mitra, & rarò corona? ibid.

pontifices depoſuerunt quoſdam Imperatores, & Reges. 98

P A S T O R.

Neceſſe fuit, vt ouium Christi eſſet vnus paſtor, etiam poſt obitũ B. Petri. 7

b PA.

PATRIARCHA.

Quid ſignificet hoc nomen Patriarcha. 206
Quot ſint Patriarchæ. ibid.
Primas,& Patriarcha ſunt idem. ibid.
Aliqui Primates appellantur Patriarchæ. 208
Patriarchæ Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus, per antonomaſiam dicuntur Patriarc. ibi.
Patriarcha Aquilienſis. ibid.
Patriarchatus Aquileienſis fuit translatus Gradum. 209
Poſtea fuit translatus Venetias. 210
In Vrbe Roma ſunt quinque Eccl. patriarchales. 211
Rom.Pont. diſponit de quatuor Eccleſiis *patriarchalibus.* 213
Sunt in his temporibus aliqui pſeudopatriarchæ. 215
Prouinciæ ſubiectæ Rom. pont. tanquam ſummo Patriarchæ. 216
Prouinciæ ſubiectæ patriarchæ Conſtantinopolitano, *Antiocheno, Alexandrino, & Hieroſolymitano.* 217
Diuerſis temporibus fuerunt inſtitutæ Eccleſiæ *patriarch.* 218
Quare illis quatuor Eccleſiis. ſ. Conſtantinopolitana, & aliis fuit data dignitas Patriarchalis. ibid.
Ordo inter patriarchas. 220
De conſecratione patriarcharum. 221
Priuilegia patriarcharum. 223
Superbia, ac temeritas aliquorum patriarcharum 225

PAVLVS.

D.*Paulus appellans ad* Cæſarem, *non malè fecit.* 147

PECCATOR.

Peccatores dicuntur palea 18

PETRVS.

D.Petrus *ſedit Romæ* 25. *annis.* 3
Fuit affixus cruci capite ad terram verſo. ibid.
Sepultus Romæ *iuxta viam triumphalem.* ibid.
Quid dicat D.Gregorius *de corporibus Apoſtolorum* Petri, & Pauli. 5

Petro,& ſuis ſucceſſoribus tradita ſunt à Chriſto claues Regni *Cælorum.* 6
Petrum venerati ſunt cæteri Apoſtoli. 25
Petrus dicitur petra. 48
Eſt fundamentum ſecundarium eccleſię. 49
Quare permiſerit Deus Petrum *negare ſuum magiſtrum.* 53
Petrus eſt caput Eccleſię. 55
Miſſio Petri *in* Samariam *non derogat ſuæ authoritati.* 57
Quare Dominus ſolum Petrum *miſit ad mare , & ibidem hamo piſcari?* 77
Ius Petri præceſſit ius Cæſaris,*& aliorum Imperatorum.* 102

POTESTAS.

Poteſtas ſpiritualis eſt temporali prior tempore, & maior dignitate. 105
poteſtas ſpiritualis,& temporalis ita ſunt ordinata,quod temporalis ſubijcitur ſpirituali. 106
poteſtas ſpiritualis immediatè ordinatur ad finem vltimum, temporalis verò mediatè. 107
poteſtas ſpiritualis excedit temporalem tripliciter. ibid.
Principes temporalem poteſtatem habentes non ſunt ſuperflui in eccleſia. 109
poteſtas temporalis poteſt dupliciter conſiderari. 138
poteſtas temporalis præexiſtit in ſpirituali,& excellentiori modo. pag. 140
poteſtas ſpiritualis,& temporalis poſſunt eidem conuenire perſonæ. ibid.
poteſtas ſpiritualis poteſt dupliciter accipi,vel quò ad res, vel quò ad perſonas. 149

PRÆLATVS.

Multitudo prælatorũ in Eccleſia *non contradicit vnitati illius.* 29
Vnus quinq; modis poteſt preeſſe alijs. 77
Prelati debent ſubditis ſuis non ſolum ſpiritualia,ſed etiam carnalia ſubſidia miniſtrare,exemplo Chriſti. 91

RESIDENTIA.

Epiſcopi ſunt ſpeculatores. 257
Nomen epiſcopi eſt potius oneris, quàm honoris. 258
Tria ſunt in epiſcopatu maximè conſideranda 259
Rationes, quibus tenentur Epiſcopi reſidere. ibid.
Epiſcopi ſunt Apoſtolorum filij. 261
Prelati mali ſunt ſal infatuatum, boni vero ſal non infatuatũ. ib.
Epiſcopus in ſua diœceſi eſt Dei Vicarius 265
Epiſcopi pro Chriſto legatione funguntur. 266
Nemo plus nocet in Eccleſia Dei, quam malus prelatus. ibid.
Quare Epiſcopus portat Mitram bipartito cornu 268
Quare tenet in digito annulum. 269
Epiſcopi tenentur viſitare diœceſes ſuas 270
Epiſcopi dicuntur columnę eccleſiarum. 271
Multa mala oriuntur in populis ex negligentia prelatorum. 273
Epiſcopi ſunt ſacrorum Canonum miniſtri. ibid.
Sunt diſpenſatores bonorum Eccleſia. 274
Quando Epiſcopi non tenentur reſidere. 276

R O M A.

Roma laudatur. 109

SACRA SCRIPTVRA.

Sacra ſcriptura libri, qui, & quot ſint. 31
De ſenſibus ſacrę Scriptura. 39

S E D E S.

In ſede Romana ſederunt Petrus, & reliqui Summi pontifices. 6
Sedes Romana dicitur ſedes Petri. ibid.
Sedes Romana plena libertate potitur in ſuis peragendis. 93

TESTAMENTVM.

Libri veteris teſtamenti. 31
Libri noui teſtamenti. 36
Translationes veteris teſtamenti. 37
pręcepta moralia veteris teſtamenti ſunt obſeruanda, cęrimonialia verò non. 38

TRA.

TRADITIONES.

De traditionibus Apoſtolicis. 42

VICARIVS.

Quare potius Romę, quàm alibi, voluerit Chriſtus inſtituere Vicarium ſuum. 8

Chriſtus reliquit in terris loco ſui vnum Vicarium viſibilem. 24

Vicarius Chriſti non poteſt errare in his, quę ad Chriſtianam fidem, vniuerſalis eccleſię mores, & ad omnibus gubernationẽ pertinent. 25

Magnalia, & mirabilia Dei in ſuo Vicario. 124

FINIS.

pag.	*Errata.*	*Corrige.*
pag. 2.	Eps Meleuitanus	Eps Mileuitanus
9	credere teneatur	credere teneantur
11	& vox græca	eſt vox græca
12	viriditatem	virilitatem
16	Ezechile vates	Ezechiel vates
	ead. aliquoſq.	alioſq.
27	vnus Dei Vicarius	verus Dei Vicarius
35	hoc eſt poſtans	hoc eſt portans
37	Theodoſionis	Thedotionis
39	prænoſſiones	prænotiones
40	adæptat	adoptat
43	ſolucitè eligias	ſolicitè eligas
66	teneatur	teneantur
71	lætutos	laturos
81	decoratur	decoratus
83	Eccleſiæ	eccleſia
	in eſſentuia	in eſſentia
	iu oībus per omnia	in oībus, & per oīa
84	ſub Rege, & Reges	ſub Rege, ſed Reges
86	& curatis hoībus	& cunctis hoībus
87	ſe geſſent	ſe geſſerit
88	venit ſibi	venit tibi,
	nec auctus eſſet	nec auſſus eſſet
96	Arplaxat	Arphaxat
98	& Regnum	& Regum
108	per alíena	per aliam
110	Archiepm Epin	Archiepm Epiri
124	per pauperis	pes pauperis
128	nam ne populi	nonne populi
137	proripiunt	præcipiunt
139	conſtitutor	conſtitutos
149	agni eccleſiæ	agri eccleſiæ
161	vt adhæreat	vt adhæreant
	Romana Eccleſiæ	Romanæ eccleſiæ
	Romanæ eccleſia	Romana eccleſia
	canoni:i quorundam	Canonici quorundā
	in eccleſia Rauēnata	in eccleſia Rauānate
	Anaſtaſio Germanio	Anaſtaſio Germonio
	dicitur Rex ſcachoiū	dr̄ Rex ſcachorum
162	Sed eum	ſed ſolum
	ſicut præpoſitus	ſiue præpoſitus
	adumbraturo	adumbratus
163	Eccleſia militanti	in eccleſia militanti
	quicquam	quicquam
	Prænoſtinus	Prænestinus
	pōtifice Card tractaē	pontifice tractatur
164	ob curiam Roman.	ob negotia cur. Ro.
165	SS. Ioānes, & Pauli	SS. Ioannis, & Pauli
	Marulana	Merulana.
197	occidebat, vt Diac.	accidebat, vt Diac.

pag.	*Errata.*	*Corrige.*
pag.	ac presbytero	ne presbytero
168	facere numerum	faciunt numerum
	qui quidem numerū	q quidē numerus
171	cum epi Vrbi	cum epis Vrbi
175	lineam ſuperindu.	lineum ſuperind.
177	Romano pontifice	Romano pōtifici
181	vllum creare	vllū Card. creare
183	Summos pontifex	Summus pontifex
185	Cardinalis vt pauló	Cardinalis, vt pa.
186	diuerſis ſunt	diuerſi ſunt
	Archieps Gneſaenſis	Gneſnenſis
	Stringonienſis	Strigonienſis
188	per porticum	per poſticum
190	& Dominus ædiū	& Dn̄os ædium
194	ſeruare patrimoniū	ſeru. parſimoniū
	viuant, in ſemetipſi, mortui ſunt	viuunt, in ſemetipſis mortui ſunt
195	ſubijcitur legatus	non ſubicit Leg.
199	cum non eſt	non tn̄ paſſim eſt
	eſſe conceſſa	vr̄ eſſe conceſſum

cætera autem negata; ſecus vero ſi ſimpliciter diceret, concedimus, vt petitur, tunc n. omnia videntur eſſe conceſſa

pag.	*Errata.*	*Corrige.*
200	edita, ac ſtatuta	edita, & ſtatuta
202	complete ad	compellere ad
210	vt illo ornando	vt in illo ornādo
212	pro ordines Reip:	pro arduis Reipub.
218	ſucceſſit Euodium	ſucceſſit Euodius
219	& qū Romanum	& poſt Romanum
220	boc pontifices	hos pontifices
221	vt ſiue eius	vt ſine eius
224	& omnes res	& omnis res
233	vt Hoſtienſis	vt Hoſtienſi
235	ſecus etiam pallium	ſecum ēt pallium
236	citetur, moneatur	citetur, ſed moneatr̄
240	exemplare, &	explorare, &
	ſuper otendentes	ſuperintendens.
241	canonici iuris	cum canonici iuris
245	ſcientiæ, & cognit.	ſcientia, & cognitio
	D. Scripturam	ſaciam Scripturam
257	eccleſia militant	eccleſia militanti
258	meditabuntur lang.	medebuntur lang.
	ſcire non volo	ſcire volo
261	tripliciter fructus	triplicetur fructus
262	potlit arua condire	poſſis arua condire
268	D Script.	ſacræ Scripturæ
272	non vident	non videt
277	debet paſtorem	debet paſtoralem

Si alios repereris errores, tu Lector corrigito.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE PRAECIPVIS SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ DIGNITATIBVS.

TRACTATVS SEXDECIM.

A quibus ſancta Romana Sedes ſuam traxerit originem. Tractatus Primus.

SANCTAM Romanam Eccleſiam, catholicam, & Apoſtolicam iam fuiſſe fundatã à ſanctiſſimis, glorioſiſſimiſque Principibus terræ Petro, & Paulo, credo nullum catholicorum, fideliumque Ieſu Chriſti ignorare. Cuius quidem rei teſtis eſt, inter alios orthodoxos patres, ſanctiſſimos, antiquiſſimoſque Eccleſiæ Doctores, vir ille inſignis Irenęus, Beati Policarpi, D. Ioãnis Apoſtoli fideliſſimi diſcipuli Auditor, qui de re, de qua nos propoſuimus in præſentiarum verba facere, ſic ait; Petrus, & Paulus Romæ Euangelium prædicarunt, & fundauerunt Eccleſiam. & alibi inquit, Maximę, & antiquiſſimæ, omnibus cognitæ, & à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro, & Paulo Romæ fundatæ, & conſti-

Eccleſia Romana fundata fuit à SS. Petro, & Paulo.

Lib. 5. c. 3. in hæreſes li. 3. c. 3.

BIBLIOTECA NAZ. ... ROMA ...

ſutæ Eccleſiæ, eam, quam habent ab Apoſtolis traditionem per ſucceſſionem Epiſcoporum peruenientem uſque ad nos, iudicantes; confundimus omnes illos, qui per cęcitatem, & prauam ſententiam, præterquam oportet, colligunt. Tertullianus quoque vir ſanè doctiſſimus, grauiſſimuſq. ac antiquiſſimus ſcriptor de hac ipſamet re loquens ſic ſcriptum reliquit aduerſum hæreticos inſectantes Dei Eccleſiam. Habes Romanam Eccleſiam, vnde nobis auctoritas præſtò eſt ſtatuta, fœlix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo fuderunt, vbi Petrus paſſioni Dñicæ adęquatur, vbi Paulus Ioãnis exitu coronatur, vbi Ioãnes poſteaquàm in oleũ igneũ demerſus, nihil paſſus eſt, & in inſulam relegatur. Idẽ in alio loco ait; Romanis Euãgeliũ Petrus, & Paulus ſanguine ſuo ſignatũ reliquerunt. Itẽ Optatus Afer Eps Moleuitanus à D. Hieronymo inter Eccleſiaſticos ſcriptores enumeratus, dũ ſcriberet cõtra Donatiſtas hæreticos, inquit; Ignorantia tibi aſcribi nõ põt, ſciẽti in vrbe Roma à Petro primò cathedrã Epalem eſſe collocatã, in qua ſederet oĩum Apoſtolorũ caput Petrus, in quo vno cathedræ vnitas ab omnibus ſeruaretur. ergo cathedra vnica eſt, in qua ſedit prior Petrus, cui ſucceſſit Linus, & cæteri ſuo quiſq. tẽpore. Verùm ante Optatum multis annis Beatus Chriſti martir, & Eps Ciprianus ſcripſit, meationemque fecit de huiuſmodi cathedra Beati Petri in vrbe Roma, & quaſdam illius ſucceſſores enumerauit per ordinem ſibi inuicem ſuccedentes. Epiphanius Salaminæ Epiſcopus, vir vndequaq; eruditiſſimus, atque ſanctiſſimus, vt D. Hieronymus teſtatur, cum ſcriberet aduerſus hæreſes cuiuſdam Ioannis Hieroſolomitani, nonnulla etiam ſcripta reliquit de B. Petri in vrbe Roma Epiſcopatu. De quo Seuerus Sulpitius hæc verba ſcripta reliquit; eo tempore, quo Nero Chriſtianum

Tertullianus aduerſus hæreticos.

Lib. 3. in Marſion.

Lib. 2.

S. Ciprianus.

Epiphanius.

Lib. 2. theol.

nomen

nomen tollere aggreſſus eſt, diuina apud vrbem religio inualuerat, Petro ibi Epiſcopatum gerente. quòd verò B. Petrus ſedem ſuam ſacerdotalem Romæ per multos annos tenuerit, teſtis eſt inter alios catholicæ Eccleſiæ ſanctiſſimos Doctores Diuus Hieronymus, qui in libro de viris Illuſtribus de illo verba faciens inquit; Simon Petrus filius Ioannis, prouinciæ Galileæ, vico Bethſaida, Frater Andreæ Apoſtoli, & princeps Apoſtolorum, poſt Epiſcopatum Antiochenæ Eccleſiæ, & prædicationem diſperſionis eorum, qui de circuncisione crediderant, in Ponto, Galatia, Capadocia, Aſia, & Bithinia, ſecũdo Claudij anno ad expugnandũ Simonẽ magũ Romã pergit, ibiq; viginti quinq; annis cathedram Sacerdotalem tenuit vſque ad vltimum Neronis annum, id eſt quartumdecimum, à quo etiam affixus cruci martyrio coronatus eſt, capite ad terram verſo, & in ſublime pedibus eleuatus, aſſerens ſe indignum, vt ſic crucifigeretur, vt Dominus ſuus, ſepultus Romæ in Vaticano iuxta viam triumphalem, quæ quidem omnia multi alij quoque grauiſſimi, ijdemque antiquiſſimi rerum Eccleſiaſticarum ſcriptores aſſeruerunt, planeque affirmarunt in eorum ſcriptis, inter quos eſt Caſſiodorus ex Senatore factus poſtea monachus; Euſebius Cœſarienſis rerum antiquarum peritiſſimus; Leo Papa vir, & ſanctitate, & doctrina inſignis. Sed audias quæſo, quæ ſupradictus Euſebius in cronicis ſuis de Beato Petro, eiuſdemque ſede ſacerdotali in vrbe Roma, ſacroque illius martyrio ſcripta reliquit. Petrus (ſic inquit ille) natione Galileus, Chriſtianorum Pontifex, cùm primùm Antiochenam fundaſſet Eccleſiam, Romam proficiſcitur, vbi Euangelium prædicans, viginti quinque annis eiuſdem vrbis Epiſcopus perſeuerat, & nullam decẽtiorem, aut Chriſto ipſi magis acceptam ſedem fuiſſe cẽſemus,

D. Hier. de vir Illuſtr.

D. Petrus ſedit Romæ vigintiquinq; annis.

Caſſiodorus. Euſeb. Cæſarien. lib. 2 Eccleſiaſt.

quàm quæ ſanctiſſimorum Apoſtolorum Petri,& Pauli ſanguine conſecrata, æternisque tropheis illuſtrata fuit. Romam ipſam ad eam gloriam prouexit ſedes ſacerdotalis Petri,ſicut ait ſanctus Leo, vt eſſet gens ſancta,populus electus,ciuitas ſacerdotalis,& Regia,vt caput orbis effecta latius præſideret religione diuina,quã dominatione terrena. Audiuerat B. Petrus, vti ſcriptum nobis reliquit Pater ille ſanctiſſimus Athanaſius Alexandrinæ Eccleſiæ Patriarcha præſtantiſſimus; audiuerat, inquam, à Domino, ſe oportere Romam conferre,ibique pro ſui nominis,honoriſque gloria martyrium forti, atque conſtanti animo perferre. quæ teſtimonio,& auctoritate D. Ambroſij Doctoris eximij, vtrique ſanctiſsimi comprobantur. qui in ſua quadã oratione inquit; Petrus victo Simone, cũ præcepta Dei populo ſeminaret,doceretque caſtimoniam,excitauit animos gentilium, quibus eum quærentibus, Chriſtianæ animæ depræcatæ ſunt, vt pauliſper cederet, ille quamuis eſſet cupidus paſſionis, tamen contemplatione populi præcantis inflexus eſt; rogatur enim,vt ad inſtruendum, & confirmandum populum ſe reſeruaret. quid multa? nocte egredi cæpit, & videns ſibi in porta Chriſtum occurere,vrbemque ingredi,ait, Domine quò vadis? Reſpondit Chriſtus,venio Romam iterum crucifigi: intellexit Petrus ad ſuam crucem diuinum pertinere reſponſum. Chriſtus enim non poterat iterum crucifigi,qui carnem paſſionis ſuſceptę mortis exuerat, quod enim mortuum eſt,mortuum eſt ſemel,quod autem viuit,viuit Deo. intellexit ergo Petrus, quòd iterũ Chriſtus crucifigendus eſſet in ſeruulo,itaq; ſpõtè remeauit. interrogantibus Chriſtianis reſpondit, ſtatimque correptus per crucem ſuam honorificauit Dominũ Ieſum. hæc Beatus pater, & vir præclariſſimus Ambroſius ſan-

S. Leo in ſer. Apoſtol.

D. Athanaſ.

D. Ambroſ. in oratione habita in Auxentium.

ctæ

ctæ matris Eccleſiæ Romanæ Doctor egregius. Locus igitur,& vrbs,in quibus Dominus Ieſus decreuerat ponere ſedem ſui Vicarij,& perpetuo collocare, fuit vrbs Roma Orbis terrarum Domina:hanc ille elegit ex tot, tantiſque totius orbis præclariſſimis vrbibus, hāc vnam voluit,ad hanc vnam deſtinauit,atque remiſit primum ſui ſpiritualis ouilis paſtorem,beatum Petrum,ad hanc vnam illum,reuocauit, vt in ea Apoſtolicæ ſedis collocaret principatum;hancque ex omnibus vnam,quæ tot ſordibus, ſceleribus, falſo demoniorū,ſimulacrorumq. cultu, ſuperſtitionibus diabolicis erat coinquinata,voluit ſacroſancto Apoſtolorum,totiuſq. orbis principum ſanguine Petri,inquam,& Pauli conſecrare. De quorum quidem ſacratiſſimis corporibus ſcribens beatiſſimus Pontifex Gregorius ille magnus, dicit in ſua quadam epiſtola ad Conſtantiam Auguſtam. De corporibus beatorum Apoſtolorum quid ego dicturus ſum, dum conſtet, quia eo tēpore,quo paſſi ſunt, ex oriēte fideles venerunt,qui eorum corpora,ſicut ciuium ſuorum repeterent,quæ ducta ad ſecundum vrbis miliarium,in loco, qui dicitur Catacūbas, collocata ſunt,ſed dum ea exinde leuare omnis multitudo eorum conueniens niteretur,ita eos vis tonitrui, atque fulguris nimio metu terruit,atque diſperſit,vt talia denuò nullatenus attentare præſumerent. Tunc autem exeuntes Romani eorum corpora,qui hoc ex Domini pietate meruerunt, leuauerunt, & in locis, quibus nunc ſunt condita, poſuerunt.Et poſt pauca ait: Corpora ſanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum tantis in Eccleſijs ſuis coruſcant miraculis, atque terroribus, vt neque ad adorandum ſine magno illuc timore poſſit accedi.Teſtimonijs igitur vetuſtiſſimorum,ſanctiſſimorumque Auctorum ſatis conſtat beatiſſimos Apoſtolos Petrum, & Paulum fundaſ-

D.Greg.in epiſt.ad Cōſtantiam Auguſtam. De corporibus SS. Apoſtol. Petri,& Pauli.

ſe,con-

ſe, conſtituiſſeque Eccleſiam, & annis vigintiquinque cathedram ſacerdotalē tenuiſſe in vrbe Roma Petrum, ibique in eadem cathedra, in qua ſedit Princeps Apoſtolorum, ſediſſe reliquos Summos Pontifices, qui ſuo quiſque tempore legitimè ſucceſſerunt,& in poſterum vſque ad conſumationem huius ſæculi ſuccedent primo Ieſu Chriſti Vicario. Ad cuius cathedram, primatum (vt dicunt) perpetuò apud omnes gentes obtinentem, maiores Epiſcoporum capitales cauſæ ſemper ſunt delatæ, tanquam ad caput, fundamentum, ac matrem omnium aliarum Eccleſiarum, fundatam ſupra veram, ſtabiliſſimamque petrā, quæ eſt Ieſus Chriſtus Dominus, ac Deus noſter, qui ſtatuit, decreuit, voluitque illam eſſe principem aliarum omnium Eccleſiarum. patet igitur ex his, quæ dicta ſunt, ſedem Romanorum Pontificum Petri legitimè ſucceſſorum in vrbe Roma, non ab alio traxiſſe ſuam originem, quàm à Beato Petro Apoſtolorum Principe, qui martyrio, ſanguineque ſuo illam conſecrauit, vt ſupra viſum eſt, firmauit, ſtabiliuit, decorauit, illuſtrauit. vnde meritò Petri ſedes appellatur à cunctis Chriſti fidelibus per vniuerſum orbem diffuſis, & dicitur ſedes Apoſtolica, & prima ſedes, quia, & Petrus quoque fundatus ſupra veram petram Ieſum Chriſtum; fuit primus, caput, & Princeps Apoſtolorum, cum illi vni à Domino traditæ ſint claues regni Cœlorum, quibus ligare, & ſoluere poterat in Cœlo, & in terra quicquid ſoluendum, atque ligandum illi videbatur. Quam quidem poteſtatem ligandi, atque ſoluendi, poſt mortem ipſius omnibus ſuis ſucceſſoribus ſummis Romanis Pontificibus, quibus commiſſa fuit, ſicut & ipſi cura, ac regimen dominici ouilis, contulit Dominus Ieſus Chriſtus, qui poſt aſcenſionē ſuam ſuper omnes Cœlos nunquam Eccleſiæ ſuæ ſanctæ oblitus eſt, ſicut vllo

tem-

Digitized by Google

tempore haud obliuiſci poterit, cum pollicitus ſit ſe futurum cum illa omnibus diebus vſque ad conſumationem ſeculi; non limitauit Petri auctoritatem, officiumq; ſui Summi Pontificatus, quod minimè durare voluit per totum illud ſpatium tantummodo vigintiquinque annorum, vel plus, minus ve, quibus beatus Petrus poſt eiuſdem Domini aſcenſionem vixit, tàm in Antiochia, quàm Romæ, alioue quocunque loco, ſed voluit etiam poſt ipſius Petri obitum, hoc ſuum ouile habere paſtorem, qui illius oues in vnum congregaret, paſceret, regeret, conſolaretur, cuſtodiret, earumque diligētiſſimè curam haberet, vigilaretque die, noctuque ſuper eas. At verò ſi illis temporibus, quibus multi fideles viuebant, qui Dominum in carne viderant, ac ſpiritum ſanctum viſibiliter acceperant, miraculaque creberrima viderāt, quæ Apoſtoli vbique, & frequenter faciebant, neceſſarium erat, vt eſſet in vniuerſali Dei viuentis Eccleſia aliquis paſtor Dominici gregis, qui ſuper eum vigilantiſſimus eſſet, illiuſque curam haberet, ac vices Domini gereret in terris, quāto magis eiuſmodi paſtore egebat, & capite ſancta Dei Eccleſia, cùm ſanctiſſimi illi patres, primique fideles, viri omni virtute præclari, mundi lumina clariſſima, mortem cum vita commutarunt? ſicut Chriſtus cum in carne viuebat, erat caput, & Dominus, veluti nunc quoque eſt, ac ſemper futurus eſt huius militantis Eccleſiæ, & etiam illius triumphantis in Cœlis, ſic & poſt ſuam ad Cœlos aſcenſionem, eius loco voluit in terris eſſe beatum Petrum, & eius in poſterum ſucceſſores vſque ad hæc noſtra tempora, in quibus fœliciter regnat Vrbanus Octauus, q; eſt totius Reipublicæ Chriſtianæ caput, rector, ac moderator, veruſque Petri ſucceſſor, ac legitimus Ieſu Chriſti Vicarius. Cui quicunq; debitam negauerit obedientiam, ſiue alium præter ip-

ſum

ſum paſtorem totius populi Chriſtiani quæſiuerit, hic hæreticus proculdubio cenſendus eſt ab omnibus Chriſti fidelibus. Cur autem Romæ potius, quàm in Hieroſolymis, vel Antiochiæ voluit Dominus Vicariũ ſuum ponere, ac habere ſedem ſuam? Vel quia ſicut ipſe propria morte illuſtrauerat orientis regionem, ſic voluit, vt occidentis plaga illuſtraretur ſanguine Apoſtolorum Petri, & Pauli, quia quamuis illius paſſio nobis ſufficiat ad ſalutem, voluit nihilominus, vt eorum martyrium nobis eſſet exemplũ tùm ad rectè viuendum, tùm etiam ad effundendum ſanguinem pro tuenda veritate catholicę fidei, quam profitemur omnes, quotieſcunque opus fuerit; vel quia ciuitas illa Hieroſolymorum erat in vltionem mortis Ieſu Chriſti funditus euertenda, quia lapis relinquendus non erat ſuper lapidem, ne cæca Iudeorum turba amplius expectaret Meſſiã regnaturum in Hieruſalem; vel etiam quia ſicut Roma ciuitas erat erroribus nefandiſſimis, varijſque ſuperſtitionibus plena, ſic poſtea pèr beati Petri, & Pauli prædicationem magiſtra fieret veritatis. Petrus, ait Leo Papa, vir ſanè doctiſſimus, paterque beatiſſimus in quodam ſermone de beatis Apoſtolis Petro, & Paulo; Apoſtolici ordinis Princeps ad arcem Romani deſtinatur Imperij, vt lux veritatis, quę in omnium gentium reuelabatur ſalutem, efficacius ſe ab ipſo capite per totum mundi corpus effunderet; cuius autem nationis homines in hac tunc vrbe non eſſent, aut quæ vſquam gentes ignorarent, quod Roma didiciſſet? Hic conculcandę philoſophiæ opiniones, hic diſſoluendæ erant terrenæ ſapientiæ vanitates, hic confutandi dæmonum cultus, hic omnium ſacrilegiorum impietas deſtruenda, vbi diligentiſſima ſuperſtitione habebatur collectum, quicquid vſquam fuerat vanis erroribus inſtitutum. Ad hanc igitur vrbem tù

Rationes quare potiꝰ Romæ, quã alibi ſit fundata ſedes Apoſtolica.

S. Leo in ſer. 1. de Apoſt.

beatiſ-

beatiſſime Petre Apoſtole venire non metuis,& conſorte gloriæ tuæ Paulo Apoſtolo aliarum adhuc Eccleſiarum ordinationibus occupato, ſiluam iſtam beſtiarum fremētium,& turbulentiſſimæ profunditatis Oceanum, conſtantior quàm cum ſupra mare gradereris, ingrederis. Iam populos, qui ex circunciſione crediderant, erudieras,iam Antiochenam Eccleſiam,vbi primum Chriſtiani nominis dignitas eſt orta,fundaueras; iam Pontum,Galatiam,Cappadociam,Aſiam, atq; Bithiniam legibus Euangelicæ prædicationis impleueras: nec vt dubius de prouectu operis, aut de ſpatio tuæ ignarus ætatis, tropheum crucis Chriſti Romanis arcibus inferebas, quo te diuinis præordinationibus anteibant,& honor poteſtatis, & gloria paſſionis. Hæc Leo Pontifex ſantiſſimus, atque doctor egregius de beato Petro, ſe Deo iubente Romam conferente ad prædicandum Ieſu Chriſti Euangelium, Chriſtianęque religionis veritatem:quam,vt ille erat caput Eccleſiæ,ſic annunciare debebat Romæ, quæ totius erat caput, & Domina Orbis.

Quod Sancta Romana, Catholica, & Apoſtolica Eccleſia ſit vna. Tractatus Secundus.

SIcut igitur vnus eſt omnium paſtor ouium Chriſti Petrus Apoſtolus,ſic vnum ouile vt ſit, neceſſe eſt, quod eſt vna ſancta Eccleſia, Catholica, & Apoſtolica Romana,cuius in terris unus eſt princeps,& paſtor Pōt. Romanus: quæ quidem cuncta firmiter credere teneatur omnes Chriſti fideles,quia hæc eſt fides catholica, cum cæteris in ſimbolo Apoſtolico contentis, quæ niſi quiſque fideliter,firmiterque crediderit, ſaluus eſſe non poterit. Sicut ergo Deus eſt vnus, & trinus, vnus in eſ-

ſentia, & trinus in perſonis, ſcilicet Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, vt tota credit, tenet, docet, atque defendit fides catholica, ſic vnam tantùm fateri debemus eſſe Eccleſiam, ouile nuncupatam à Ieſu Chriſto, vnicumq; eſſe illius paſtorem; de quibus modo ſumus verba facturi, quia Chriſtus quoque ſæpiſſimè vſus eſt parabola de ouili, de ouibus, deque earum vero paſtore, intelligendo per oues in ſe ipſum credentes, per paſtorem præpoſitum, & Pontificem, per ouile autem locum, in quo oues morari ſolent, & ad quem ſe recipiũt; qui quidem locus nil aliud eſt, niſi Eccleſia ſancta Dei, extra quam nulla inuenitur vera ſalus, & ideo maximoperè cõmendauit illam Dominus, ac eius oues Petro, antequã ſupra omnes Cœlos aſcenderet, cum illum tribus iteratis vicibus interrogaſſet, ſi eum plus alijs diligeret, vnde cum ei hilari vultu ter quoque reſpondiſſet dicendo, tu ſcis Domine, quia amo te, dixit illi Ieſus, paſce oues meas, ideſt animas, quas tibi committo, omnium fidelium, qui in me ſunt credituri. quæ quidem hominum animæ ſæpe tàm in veteri, quàm in nouo teſtamento oues ſunt appellatæ. Dicendo igitur Dominus Petro, quòd paſcere deberet oues ſuas cibo potius ſpirituali, verbo nimirum, & exemplo, quàm corporali, conſtituit procul dubio illum præpoſitum, principem, paſtorem, atque rectorem Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, cuius voluit illum vnum curã habere omnibus diebus vitæ ſuæ, & poſt mortem eius ſui ſucceſſores pro tempore ritè, canoniceq; electi, adeò quòd ſicut vna eſt vniuerſalis Eccleſia, ſic vnus ſẽper eſſet paſtor, caput, rector, moderator, & princeps, qui illam regeret, gubernaret, tueretur, atque defenderet, leges ferret, malos iuſtè puniret, errantes reuocaret, & bonos amplecteretur. Cum autem oues, de quibus ſæpè loquitur Chriſtus ſignificent

Ezo:cap.34. Pſ.73.94.99 Iſa. cap. 53. Iac. cap. 3. Matth.c.10. Io.c.10.&21

cętum

cętum omnium fidelium, Eccleſiam catholicam conſtituentium, opere pretium nunc mihi certè videtur declarare, ac diligentius inueſtigare quid hic terminus Eccleſia denotet, cum eo ſæpiſſimè nos Chriſti fideles in hoc præcipuè tempore cœleſtis gratiæ, nobis à diuino Verbo iam incarnato cumulatiſſimè collatę, vti conſueuerimus. Dicamus ergo, quòd hic terminus Eccleſia, & vox græca, quæ latinè dicitur conuocatio, cætus, concilium, concio, multitudo conueniens, & conciliata in vnam aliquã ſocietatem. Dupplex autem eſt Eccleſia, bona ſcilicet, & mala, de qua loquebatur Dauid, dum ait, Odiui Eccleſiam malignantium; hoc eſt illam, in qua malignantes reperiuntur, vt infideles, qui Deum verum nunquam cognouerunt, & hæretici quoque, qui à fide catholica apoſtatarũt. Sed de huiuſmodi Eccleſia nihil ad nos, ſermo enim noſter nunc eſt de Eccleſia ſancta Dei noſtri; quæ poteſt duobus modis conſiderari, primo prout Deo Optimo Maximo eſt coniuncta in gloria per conſumatam, perfectiſſimamque charitatem, quam quidem Eccleſiam triumphantem appellamus; cuius ciues ſuperni coronas iam triumphales meruerũt accipere de manu Dei ob victorias, quas ille opem, eiſdem adhuc in carne mortali exiſtentibus, ferẽte ſunt conſecuti, & de huiuſmodi quoque Eccleſia, nunc non eſt ſermo noſter, ſed de militante ſolùm, quam uocant omnes, Eccleſia, deque cætu omnium fidelium, qui exiſtentes in ea, fidemque catholicam conſeruantes, ſacramentorumque communionem frequentantes, militant aduerſus carnem, & ſanguinem, ac contra principatus, & poteſtates, mundique huius rectores, & aduerſus nequitias ſpirituales, quoniam eorum omnium vita eſt militia ſuper terram, & Regnum Cœlorum vim patitur, ac ſolum violenti rapiunt illud. In hac igitur Eccleſia, hoc eſt, in hoc cætu

Quid ſignificet hoc nomen Eccleſia.

Duplex Eccleſia Pſal. 75.

Eccleſia triumphans Eccleſia militans.

Tob. cap. 7.

omnes vocantur ad vnius veri Dei cultum, ad illi vni ſeruiendum, ad amplectandam fidem catholicam, illamque totis viribus tuendam, etiam quando opus eſt, vſque ad effuſionem ſanguinis. Hic cætus, hæc Eccleſia plena eſt miſericordiarum, quas nobis in paſſione ſua Chriſtus largitus eſt, & tanquam mater miſerans filiorum ſuorum os maternum præbet paruulis ſuis, neminique redeunti ad ſe claudit oſtium. Militantes ergo in illa per arma miſericordiæ, & in contemplatione miſeriæ propriæ, & in miſerationibus Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſpem omnem reponentes, ſtudeant die, noctuq. certam facere vocationem ſuam per fidem, ac opera bona, & de omnibus inimicis, qui totum genus humanum continuò perſequuntur, triumphum enitantur reportare: illudque ſecum ipſi conſiderent ſæpè, quòd qui intra hoc ouile ouium Ieſu Chriſti manere voluerint, non ignorare debent ſe non caſu, vel ſorte aliqua, non vt pecudes, vel equi, & muli, in quibus non reperitur intellectus, ſed vt homines ratione vtentes, à Deo optimo maximo vocatos eſſe in hanc Eccleſiam ſuam ſanctam, ad fidemq; ſuam catholicā firmiſſime tenendā tuendāq;, quam ſancta Romana profitetur Eccleſia: cuius vnionem, pacemque perpetuam, fidem, præcepta, leges, ſanctiones, decreta, conſtitutiones, volūtatem ſanctam omnes filij eius cariſſimi defendere pro uirili parte, atque tueri debent vbique contra quoſcunque hoſtes ſuos illam impugnantes, violantes, inſectantes, eiuſque voluntati iuſtæ rebelles, & inimicos crucis Chriſti, cuius illa eſt coniux, quamuis multis ſeculis ante eius natiuitatem temporalem ſit orta: nam exorta eſt cum iuſto illo Abel, vt aliqui volūt, ſuaſque habuit ætates; infantiam ab Adā vſque ad Noè, pueritiā à Noè vſque ad Abraham, adoleſcentiam ab Abraham vſque ad Moiſem, iuuentutem à Moiſe vſque ad Chriſtum, viriditatem,

Pſal. 31.

Quando eſt orta Eccleſia.

æta-

ætatemque perfectam à Chriſto vſque ad conſumationem ſeculi. Hæc enim Eccleſia ſemper fuit vna, licet diuerſos ritus, cærimonias varias, & Sacramenta diuerſis temporibus habuerit: tempore ante gratiam Euangelij credidit in Chriſtum mediatorem venturum in carne, atque pro ſalute generis humani paſſurum, & ſic poſtea intrare in gloriam Dei: nunc tempore gratię credit ipſum Chriſtũ iam paſſum pro peccatis totius mundi. Diuerſitas autem rituum inde orta eſt, quia in lege veteri carnales erant homines, carnaliterque omnia intelligebant, & omnia in figura contingebant illis, & quicquid ipſi colebant, erant vmbræ ſpiritualium bonorum nobis fidelibus collatorum in ſancta Dei Eccleſia per gratiam Ieſu Chriſti Domini noſtri, ac Saluatoris, remuneratoris, & glorificatoris, per quem facta ſunt omnia, & ſine quo factum eſt nihil, & per quem ſalui facti ſunt tàm quotquot ante nos in Domino mortui ſunt ſub lege, quàm qui ſub Euangelij gratia è vita decedũt, quia vna ſemper fuit, eſt, & futura eſt Eccleſia, intra quam ſalui fiunt per Dei miſericordiam quotquot ſaluantur, & extra quam nullus ſaluus efficitur; ſicut vnus eſt etiam mediator Ieſus Chriſtus, quem ſacri uates prędixerunt, præcurſor digito demonſtrauit. Apoſtoli vbique prædicarunt, & omnes Orthodoxi patres docuerũt vniuerſum mundum pretio magno redemptum fuiſſe, nempè ſanguine Agni immaculati, quẽ ſequuntur omnes animæ iuſtæ, quocunque ſe confert. Eccleſia ergo, vt dictum eſt, iam ab initio mundi ſuum ſumpſit exordium, ſuamque traxit originem, ſicut vates ille diuinus dixiſſe videtur his verbis, cum Deum alloqueretur; memor eſto congregationis tuæ, quam poſſediſti ab initio ſcilicet mundi, licet præcepta, ac ritus ipſius ſint ab ipſomet Deo variata, ac renouata, vt ſupradictum eſt, quia

Diuerſitas rituum in Eccleſia.

Pſal. 73.

aliæ

aliæ fuerunt cærimoniæ, atque alij ritus tempore legis ante aduentum Domini in carne,& alij ſub lege Euangelica, cum iam ceſſarent legales vmbræ, ſacrificia, & alia huiuſmodi multa, quibus ſucceſſerunt nobiliora, excellentioraque ſacramenta Euangelicæ legis, quę nobis non Moiſes, ſed Chriſtus Dei filius contulit ad ſalutem, ac ſui ſanguinis effuſione conſecrauit, ut ope ſua nos rectè illis vtentes, eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu eius, ac veri palmites illius, qui eſt vitis uera, uerusque pater familias, qui uineam ſuam, quæ eſt uniuerſalis Eccleſia, excolendam tradidit operarijs, quos ipſe conduxit ab Adam uſque ad Noè, & à Noè uſque ad Abraham, ab Abraham uerò uſque ad Moiſem, & à Moiſe uſque ad aduentum ſuum in carne. & ab aduentu ſuo uſque ad conſumationem ſeculi; cuius Eccleſiæ quanta ſit antiquitas iam ex ſupradictis patet; ſed uideamus nunc quibus nominibus nuncupetur in ſcripturis ſanctis. In quibus comparatur primò malo granato, quia bonum fidei, confeſſioniſque fulgorem oſtẽdit Chriſti cruore dotata, & martyrum ſanguine ſpecioſa facta, plurimos fructus ſub pomi munitione conſeruat ad uſum, & exercitia uirtutum. Vineæ etiam comparatur, & meridies dicitur, quia in primordijs mundi eſt deſponſata, in Paradiſo præfigurata, in diluuio annunciata, per legem uocata, per Prophetas dicitur redemptionem hominum, & Euangelij decorem, ac dilecti ſui expectaſſe aduentum; impatiens amoris in oſcula ruit dicens, oſculetur me oſculo oris ſui. Vocatur Luna, quia Solis iuſtitiæ Chriſti Ieſu illuſtratur radijs ab ea parte, qua ei uicina eſt, plus, uel minus lucis pro uarietate temporum accipiens; & eſt ſpecioſa ſicut luna, fulget enim non ſui, ſed Chriſti lumine, & ſplendorem ſibi acceſſit de ſole iuſtitiæ. DiciturEtiam uirgo, & mater, uirgo caſti-

Cant. cap. 8.

Iſa. cap. 5.

Cant. cap. 1.
Pſal. 88.

Digitized by Google

caſtitate, & mater prole; parturit filios ſuos uirgo non plena uiro, ſed ſpiritu, parturit illos non cum dolore membrorum, ſed cum gaudio Angelorum, nutrit eos uirgo non corporis lacte, ſed uerbo uitæ. Appellatur inſuper ſoror, & ſponſa, quæ nunquàm eſt ſine ſponſo, fratre, & filio, unam habet fidem, nec conſtupratur dogmatum uarietate, nec hęreſum ſcinditur multiplicitate, uirgo permanet, & agnum ſequitur quocunque proficiſcitur; eſt terra lacte, & melle manans, arca Noè, columba, domus magna, ſagena miſſa in mare, rubus ardens, & non comburens, petra firma, & ciuitas ſancta Dei. Dicitur etiam ouile, & ab Apoſtolo corpus appellatur, à Christo verò regnum cœlorum; & cum tot nuncupetur nominibus, eſt tamen vna Eccleſia, dilecta, & ſponſa Chriſti, quæ Spiritu Sancto regitur, ac in omnibus, quæ videntur ad fidem, ad bonos mores, & ad ſalutem fideliũ pertinere, gubernatur, cum apud patrem aduocatum habeat, qui ſemper pro illa, ſuiſque fidelibus interpellat, accedens per ſemetipſum ad interpellandum pro illis Deum Omnipotentẽ, & ideo nũquam poteſt errare, cum ſit columna, & firmamentum veritatis, cuius protectores ſunt à Deo conſtituti duodecim Apoſtoli, qui præfigurati fuerunt per duodecim Patriarchas, duodecim fontes aquarum à filijs Iſrael in deſerto inuentos, per duodecim lapides præcioſos, quos præcepit Dominus poni in veſtibus Summi Sacerdotis Aaron, per duodecim principes de ſingulis tribubus Iſrael electos, per duodecim duriſſimos lapides, quos Ioſuè præcepit poni in loco caſtrorum, vbi finxit tentoria, per duodecim panes propoſitionis, qui ponebantur ſuper menſam in conſpectu Domini, per duodecim exploratores miſſos ad explorandam terram illam, quam pollicitus fuerat Dominus Deus dare filijs Iſrael, per duo-

Ioa.cap.10. 1.Cor.c. 11. Matth.c.20. 22.25.

Geneſ.c.35. Exod.c. 15. Num.c. 33. Exod. c. 28. Ioſ.cap.3.4. Exod. c. 24. 25.

3. Reg. c.4.

3. Reg. c. 18. Apoc, c. 12. 21. duodecim præfectos à Rege Salomone ſuper omnem Populum Iſrael, per duodecim lapides, quos tulit Helias iuxta numerum filiorum Iſrael ad ædificandum altare de lapidibus Domino, per duodecim ſtellas fulgentes in corona ſponſæ, & per duodecim portas ciuitatis Hieruſalem. Conſtituti ſunt etiam à Domino quatuor Euangeliſtæ, figurati per quatuor illa animalia, Ezec. c. 1. quæ vidit Ezechiele uates ille ſanctiſſimus. Inſuper & quatuor Doctores præcipui, quorum quidem omnium doctrina informatur hæc Sancta Dei Eccleſia, & exemplis uirtutum eorum corroboratur. Quid plura? non nè habet etiam hæc ſponſa ſine ruga, & ſine macula, & martyres, & confeſſores, & uirgines, alioſque quam plurimos ſanctos, quorum patrocinijs protegitur, atq; defenditur, triumphis gloriatur, exemplíſque prouocatur? tot igitur titulis decorata, totq; præſidijs fulta Dei Eccleſia nec falli, nec fallere poteſt. Illa tunc uincit, cum læditur, tunc eſt ſecura cum deſeritur, tũc obtinet uictoriam, cum ſuperata uidetur, tunc eſt in tuto, cum fluctus maris illam abſorbere uidentur, tunc auribus ſecundis ſecura pęquora uolat, cũ uẽti ualidi contrarij illi eſſe uidentur, quia in arbore eius Chriſtus erigitur, in puppa reſidet pater gubernator optimus, proram ſpiritus ſanctus occupat, remiges ſunt Apoſtoli unà cũ prophetis, atque Doctoribus. Secura ergo uaſtum ſulcat æquor, ſuperatque procellas huius ſeculi, nil unquam timet, tyrannos non eſt uerita, non inuictiſſimos Imperatores non inſolẽtiſſimos Arrios, Sabellios, Neſtorios, Manicheos, Pelagios, aliquoſq. huiuſmodi hæreticos, quos quidem ſibi aduerſantes facilè ſuperauit, quia cœleſtibus irradiata fulgoribus omnia proſtrauit, deleuit, ac tandem uictrix euaſit; quoniam non minuitur perſecutionibus Eccleſia, ſed augetur, ſemperque Dominicus

cus

cius agèr ſegete ditiore veſtitur, dum grana, quæ ſingula cadunt, multiplicata naſcuntur. At verò ſicut corpus humanum conſtat ex humoribus bonis, & malis, ſic Ecclesia hæc viſibilis, de qua nunc eſt ſermo, conſtat ex bonis, & malis, ex electis, & reprobis; non nè etiam videmus paleas cum granis mixtas? ſed ſicut ex humano corpore mali humores exeunt, ſic ex Dei Eccleſia exire videmus malos homines, homines namque induunt Dominum Ieſum aliquando vſque ad Sacramenti perceptionem, nonnunquam verò vſque ad vitæ ſanctificationem; quorum primum cōmune eſt tàm bonis, quàm malis, ſecundum autem proprium eſt, & conuenit tantum bonis, atque pijs hominibus, qui tanquam piſces boni mittuntur in vaſis, mali verò foras proiciūtur, ſed hæc clarius in fine huius ſeculi, cum Angeli ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent illos in caminum ignis. Verùm ſicut Noè Arca, quæ fuit figura Eccleſiæ, continebat in ſe tempore diluuij animalia munda, & immūda, ſic & Eccleſia habet in diluuio aquarum multarū, quæ ſunt curæ, varietates, ac perturbationes huius ſeculi, bonos, & malos homines, ex quibus ſicut illi ſunt mundi in conſpectu Domini propter opera bona, quæ Dei ope quotidie operantur, ſic iſti ſunt immundi ob eorum ſcelera, quibus in fine mærentur iram Dei viuentis. Sicut etiā in arca Noè, quæ figurabat hanc noſtram matrem Eccleſiam, non ſolùm fuerunt animalia munda, & immunda, ſed etiam homines, & ſerpentes, & aliæ quoque animantium immundorū ſpecies, & omnium animalium genera, ita etiā in hac Eccleſia vniuerſarum gentium, & morum homines ſunt, & vt ibi pardus, & hædus, lupus, & agnus, ita & hic iuſti, & peccatores, hoc eſt vaſa aurea, & argentea cum ligneis, & fictilibus commorantur. Quòd verò arca illa fuerit Eccleſiæ catholicæ

Archa Noè figurabat Eccleſiam.

D. Auguſt. cap. 43. tholicæ figura, D. Auguſtinus aperte docet, dum dicit ad Petrum in libro de fide, Firmiſſimè tene, & nulla tenus dubites Arcam Dei eſſe catholicam Eccleſiam, & inter eam vſque in finem ſeculi frumento mixtas paleas contineri, hoc eſt bonos, & malos Sacramentorum communione miſceri, & omnium promiſſione, ſiue monachorum, ſiue laicorum bonos eſſe ſimul, & malos, nec pro malis bonos eſſe deſerendos, ſed pro bonis malos tolerandos. Item D. Hieronymus de eadem arca verba faciens, ait, arca Noè iuxta Apoſtolum Petrum, typus fuit Eccleſiæ, in qua octo animæ ſaluæ factæ ſunt, & arca hæc plures habet manſiones, & nidulos, & diuerſas beſtias, & pro qualitate animalium habitationes quoque maiores, & minores, & tamen quia omnia animalia munda, & immunda erant intra arcam, & obedientiam exhibebant Noè rectori illius archæ, fuerunt à diluuio liberata; & quæcunque extra arcam illam reperta ſunt, fuerunt ab aquis diluuij extincta. Hanc autem arcam, id eſt Eccleſiam, Dominus venturus eſt in fine ſeculi purgaturus, mundaturuſque, vt frumenta recondantur in horreo, paleas autem tradet igni comburendas inextinguibili. Cur autem, inquiet aliquis, mali, & peccatores dicuntur paleæ? quia leuiter cadunt vento tentationis. laborandũ eſt igitur nobis omnibus, vt frumentum eſſe valeamus, & cum cœperit frumentum importari dominicis horreis, tandem fructum pro bono opere noſtro, & labore capiamus à Domino, omnium bonorum operum remuneratore liberaliſſimo, malorumque omnium punitore iuſtiſſimo. vſque dum autem venerit ad recondendum frumẽtum in horreo ſuo, paleæ cum granis permixtæ permanebunt, virgineſque fatuæ cum prudentibus, & omnes inuitati ad nuptias ſimul cum eo, qui non habet veſtem nuptialem; quia ſicut

D. Hieron.

Peccatores dicuntur paliæ.

Matth. c. 25 22.

cur ex coniugio Adæ, & Euæ parentum noſtrorum nati ſunt Abel iuſtus, & Cayn eius fratricida ſceleratiſſimus, & ex Rebechæ vtero nati ſunt duo Fratres gemini Iacob electus, & Eſau reprobatus, ſic etiam ex vtero ſanctæ matris Eccleſiæ boni, & mali, iuſti, & iniuſti, modò conſeruent fidem catholicam, naſcuntur, & intra illam exiſtunt, etiam ſi ſint excomunicati, dummodo catholicam fidem, vt dixi, profiteantur, ac firmiter teneant, cuius quidem fidei ratione ad Eccleſiã ipſam pertinẽt, licet quò ad participationem ſuffragiorum, aliorumq; bonorum operum, quæ quotidie fiunt à deuotis Chriſti fidelibus, ſint ſeparati, ac penitus abiuncti, ob quod facilè tentantur à Dæmonibus illos inuenientibus deſtitutos ſuffragijs, & orationibus cęterorũ confidelium, qui cum eiuſmodi malis, & ſi comunicent tàm in vnitate corporalis habitationis, quàm in communione Sacramentorum, non autem, vt paulò ante dixi, aliorum bonorum operum à bonis factorum, de quibus ſanctiſſimus ille Vates diuinus, & Rex Dauid dicebat, particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium man data tua. Vnde ſciendum eſt, quòd triplex eſt vnitas in Eccleſia ſancta Dei, prima eſt corporalis habitationis, ſecunda communionis Sacramentorum, tertia verò eſt gratiæ, & charitatis; in prima, & ſecunda ſunt boni, & mali permixti, in tertia verò ſunt tantummodo boni. omnes ergo, qui per ianuam Sacramenti baptiſmatis introierũt in Eccleſiam catholicam, amplecti debemus, uti fratres noſtros cariſſimos, dummodo non ſint hæretici, vel ſchiſmatici, qui nullo modo ſũt mẽbra Eccleſię, ſed ſunt extra illam, & membra Diaboli, qui eſt eorum omnium pater, vnde illis meritò dicere poſſumus, vos ex patre diabolo eſtis. Illud verò notandum eſt, inter fideles diſcrimen huiuſmodi inueniri, quòd ſcilicet iuſti

Margin notes: Gen. cap.4.Ge — Triplex vnitas in Eccleſia. — Ioan.cap.8.

per gratiam Deo coniuncti, quorum ſtatus illi ſoli, qui hominum ſcrutatur renes, & corda, cognitus eſt, non vtcunque ſunt in Eccleſia, ſed habitant in penetralibus, & atrijs interioribus Eccleſiæ, vnde cũ Deo adhæreant, vnus ſpiritus cum eo ſunt, ab illoq; maxima difficultate ſeparantur, cum ſemel guſtarint, quàm ſuauis eſt Dominus his præcipuè, qui recto ſunt corde, & quàm dilecta ſint tabernacula virtutum. Illi autem, qui ſolum per fidem, atque fidelium communionem conſeruantur in Dei Eccleſia, & ſi peccatis mortalibus irretiti ſint, ſunt tamen intra ipſam Eccleſiam, verùm inhabitant partes inferiores illius cum famulis expoſitis, periculis magnis naufragandi in fide, ac vento cuilibet tentationum, quę nonnunquam illos, cum præcipuè fuerint obſtinati, extra Eccleſiam perſuadent exire, quibus ſi aſſenſum prębuerint, facilè in hæreſes dilabuntur, trahunturque ab eorum mala voluntate, ſi quàm primum Deum enixè non rogāt, vt eos à peccatis omnibus dignetur liberare. Excommunicati verò quamuis fidem catholicam conſeruent, ob quam pertinere dicantur ad Eccleſiam, ſunt tamen per eiuſmodi excommunicationem traditi in ſathanæ poteſtatem. Fœlix certè, ac beata mater Eccleſia, cuius quidem cauſa ſe ipſum tradidit Chriſtus, vt illam ſanctificaret, adeòque mūdaret, vt nullam habeat maculam, neque rugam, ſed ſit ſancta, & immaculata in conſpectu eius, ſaltem in cœleſti, & ineffabili gloria, quia in hoc ſeculo habet nedum filios bonos, ſed etiam nonnullos peccatores, qui tamen ſi fidem non amiſerint, quæ ſine operibus eſt mortua, ſunt ſua membra, quæ cum maneant tanquam palmites in vite, poſſunt Deo opem illis propter ſuam immenſam bonitatem ferente, fructus dare in tempore ſuo. Quamuis autē iſta Eccleſia habeat, vt ſupradictum eſt, & bonos, & perdi-

tos

toſ filios,non eſt tamen multiplex,ſed una tãtùm: nam ſicut de latere primi hominis dormiētis,ac ſoporati,formata eſt vnica mulier, & mater noſtra Eua, ſibique in coniugiũ vnita,ſic de latere Chriſti profluētibus aqua, & sãguine formata eſt vnica,& immaculata ſancta mater Eccleſia coniux Chriſti. Vna igitur fuit Eua, vna diluuij arca, una etiam ſola domus, in qua comederunt filij Iſrael agnum,cuius carnes prohibiti ſunt afferre extra fores illius,una quoque tantùm eſt Eccleſia catholica,quia una eſt etiam columba,dilecta,& perfecta ſponſi cœleſtis.qui dum olim rogaret, enixèque oraret patrem pro fidelibus ſuis in ſe credentibus,ac etiam pro illis, qui credituri erant in eum, dixit, ſe rogare illum non tantùm pro præſentibus, ſed & pro futuris quoque ſuis fidelibus,ut unum omnes eſſent, ſicut & ille cum eodem patre unum ſunt,in quibus uerbis ſatis clarè demonſtrauit nobis omnibus unitatem ſui ouilis Eccleſiaſtici; quam quidem unitatem maximè diligit Deus Optimus Maximus, ac diligentiſſimè ſeruauerunt ſemper eius diſcipuli, ſuper quos in unum ſimul congregatos deſcendit Spiritus Sanctus,eorumque, ac omnium uerè credentium. Deũ timentiumque erat, fuitque ſemper in Eccleſia cor unum, & anima una, ſpiritus enim ſanctus facit multas animas animam unam, & plura corda cor unum. quam quidem unitatem pluribus in locis docet D. Paulus credentes in Chriſto ſeruare in uinculo pacis,eamque illis plurium commendat,cum unitas ſit illius principale attributum, in Nicena enim ſyno additum fuit ſimbolo Apoſtolorum iſtud uerbum, & VNAM ſanctam catholicam,& Apoſtolicam Eccleſiam. alienus eſt igitur,prophanus eſt,hoſtis eſt, Deum habere non poteſt patrem,qui uniuerſalis Eccleſiæ non tenet unitatem quomodo enim poteſt cum aliquo conuenire,

De latere Chriſti formata eſt Eccleſia.

Exod.12.

Actor.c.5.

2.Cor.c.13.
Philip.c.1.
Romã c.12:
Heb. c. 13.
1.Tim.cap.
vlt.2.c.3.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

uenire,qui cum corpore Eccleſiæ,atque uniuerſa frater nitate non conuenit? ſuper vnum ædificauit Chriſtus Eccleſiam,non ſuper multos,nam dixit,& ſuper hanc petram (tunc enim cum Petro loquebatur præſentibus alijs diſcipulis) ędificabo Eccleſiam meam,vt vnitatem manifeſtaret eiuſdem ab vno, qui eſt vnitas perfecta, incipientem,& uni commiſſam non pluribus continuò conſeruandam, vt eius Eccleſia vnica eſſe monſtretur; quam quidem vnitatem nos omnes, qui catholicam fidem profitemur,firmiter tenere,ac tueri debemus.quo modo enim multi ſunt radij, ſed vnum lumen, & rami arboris multi ſunt,ſed vnum robur tenaci radice fundatur, & quomodo de vno fonte plurimi defluunt riui, & numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copię largitatis, unitas tamen integra ſeruatur in origine. auelle radium ſolis à corpore, diuiſionem unitas non capit; ab arbore frange ramum, fructus germinare non poterit; à fonte præſcinde riuum,præſciſus areſcet:ſic & Eccleſia per totum orbem diffuſa, Domini luce radios ſuis porrigit,unum tamen eſt,quod ubique diffunditur,nec unitas corporis ſeparatur, unum caput eſt, & una origo, & una mater copioſæ fæcunditatis; adulterari non poteſt ſponſa Chriſti,incorrupta eſt,& pudica,unam domum nouit,unius cubiculi ſanctitatem in caſto pudore cuſtodit; hæc nos Deo ſeruat,hęc filios regno,quos genuerit, aſſignat; quiſquis ab Eccleſiæ ſegregatur adulteræ iungitur, à promiſſis Eccleſiæ ſeparatur, nec pertinet ad Chriſti præmia; qui relinquit Eccleſiam, Chriſti hoſtis eſt,non poteſt habere Deum patrem,qui non habet Eccleſiam matrem. ſi potuit euadere mortem, qui extra arcam Noè fuit, & qui extra Eccleſiam foris fuerit, euadet.Monet Dominus,& ait,qui non eſt mecum,aduerſum me eſt,& qui non colligit mecum diſpergit;qui

pacem

pacem Chriſti, & concordiam rumpit, aduerſus Chriſtum facit; qui alios præter Eccleſiam colligit, Chriſti Eccleſiam diſpergit. Dixit Dominus, Ego, & pater vnum ſumus, imò & Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus unum ſunt, & quiſque credit hanc unitatem de diuina firmitate uenientem, Sacramentis cœleſtibus cohærentem, ſcindi in Eccleſia poſſe, & uoluntatẽ colligentium diuortio ſeparari, hanc unitatem nòn tenet, Dei legem non tenet, patris, & filij uitam non tenet, nec ſalutem. Hæc Beatus Martyr, & Pontifex Cyprianus. Et Sanctus Pater Auguſtinus Eccleſiæ ſãctæ Doctor eximius, dum ſermonem haberet ad Cathecumenos, docuit, ac rogauit illos ſeruare inter ſe unitatẽ pacis, dicens, Vos unum eſtote, diligentes uos, tenẽtes unam fidem, unam ſpem, & indiuiduam charitatem, quoniam tale eſt bonum unitatis, & pacis, ut in rebus creatis nil gratioſius ſoleat audiri, nil delectabilius concupiſci, nihilque utilius poſſideri. Sicut enim ſpiritus humanus nunquam uiuificat niſi mẽbra ſimul unita, ſic & Spiritus Sãctus nunquam uiuificat Ecclesiæ membra, nisi fuerint in pace unita. Vnitas ergo rerum conſeruationis uidetur eſſe cauſa; igitur unitatem amemus omnes, ſequamur, amplectamur, quia & Deus maximè unus eſt, unum ens, à quo cętera entia, & maximè bonum eſt, ad cuius rationẽ pertinet unitas, quæ eſt principium bonorum, unde sicut noxium eſt si unitas desit in bonis, ita pernicioſum eſt si non desit in malis: peruerſos quippè unitas corroborat, dum concordat: unitas pacem procreat animorum, & concordiam inter homines. Vt igitur una tantùm eſt Ecclesia catholica, sicut ex ſupradictis patet, sic unus ſolummodo debet eſſe illius princeps, qui illam regat, atque gubernet. At quis eſt hic, nisi Ieſus Chriſtus Dominus, ac Deus noſter, cuius uices geſſit Petrus in terris

D. Cyprianus.

S. Auguſt. ſerm. ad Cathecum.

Vnus eſt Eccleſiæ Princeps.

& poſt

& poſt eum ſui ſucceſſores, ut alibi dictum eſt à nobis? Vnus eſt princeps Reipublicæ Chriſtianæ, quia pluralitas principum non eſt bona, ſi enim plures vellent eſſe Domini in eodem ſtatu, vel in eadem Republica, gubernatio periret, cunctaque confunderentur, ſicut cum plures magiſtri nauis eſſe vellēt in medio maris, & in periculis, nauis illa facile periclitaretur. Politia, inquit Ariſtoteles, vnius optima eſt, ſed multorum, difficile eſt, vt ſit bona. vnitatem ergo Pontificis, & paſtoris Eccleſiæ optimum eſſe, fateri neceſſe eſt; vnus ex multis meritò eligitur princeps, qui cæteris proponeretur, ne vnusquiſque ad ſe trahens Dei Eccleſiam, illam rumperet; ideo fecit Chriſtus Petrum Vicarium ſuum in terra, & paſtorem Eccleſiæ ſuæ, vt ad illum diuerſa membra tanquàm ad caput vnum recurrerent, ſi fortè inter ſe diſſentirent aliquando, quoniam ſi diuerſa eſſent in Eccleſia Dei capita, vnitatis vincula facilè rumperentur; ex duodecim ergo Apoſtolis vnus Petrus eligitur, vt capite conſtituto ſchiſmatis tolleretur occaſio. Voluit præterea Dominus Ieſus vnum Vicarium viſibilem loco ſui relinquere in terris, ne gregem prætio ineſtimabili ſanguinis ſui redemptū, poſt ſuam ad Cœlos aſcenſionem abſque paſtore desereret, & vt ſuæ ſtabilitate fidei cæteros in Chriſtiana religione firmaret, eorumque mentes ad opera ſalutis accenderet deuotionis ardore. Hic eſt, qui poteſtate diuinitus ſibi tradita lupos venientes in veſtimentis ouium arcere debet, hic vnus eſt, qui controuerſias, lites omnes, & contentiones ortas circa ea, quę ad fidem catholicam pertinere videntur, componere, de medio tollere, definire, ac determinare debet. hic ſolus eſt, ad quem oracula ſuper difficultates maximas, quæ nonnunquam oriri ſolent circa diuerſas res in Dei Eccleſia, dare tenetur. hic eſt vnus, in cuius dignitate ſalus

Polit. lib. 2.

Chriſtus reliquit in terris loco ſui vnum Vicarium viſibilem.

lus Eccleſiæ omnino conſiſtit, cui ſi ab omnibus eminens poteſtas non detur, tot in Eccleſia efficientur ſchiſmata, quot in ea Sacerdotes exiſtunt. Hunc ergo vnum tanquam ſummum Sacerdotem, vnicumque paſtorem ſequi, ac venerari, & eidem in omnibus, quę præcipit, humiliter obedire debemus omnes, confiterique præterea tenemur illum minimè poſſe errare in his, quæ ad Chriſtianæ fidei, vniuerſalis Eccleſiæ mores, & ad ouilis gubernationem pertinent, quia ſicuti eſt Chriſti Vicarius, ſic ab ipſo regitur, gubernatur, illuminaturque, vt gregem ſuum ſibi commiſſum dirigere poſſit in viam ſalutis æternæ: quo quidem fundamento poſito, ac pręmiſſo, firmiter, fideliterque credēdum eſt, vt oues huic paſtori commiſſæ errare non poſſint, dum illi humiliter obediunt, nec Deus repręhenſurus eſt illas de huiuſmodi obedientia Vicario ſuo exhibita, quia ſicut ille fecit eas eſſe ſui ouilis oues, ſic etiam vult, vt ſint obedientes, humiles, atque ſubiectæ paſtori, quem ipſe præponit ſuo ouili, vt reddat rationem pro ouibus ſibi commiſſis in die aduentus Domini. quam ſanè prouinciam Chriſtus primò committere voluit beato Petro Apoſtolo, vt in ſequentibus tractatibus manifeſtum fiet à nobis, ſatiſque probabitur; & ideo cæteri condiſcipuli præ alijs ſemper illum venerati ſunt poſt Domini aſcenſionem, vt patet in actibus ſuis. Ille enim tanquam eorum caput, & princeps ante aduentum Sācti Spiritus exiſtens in primo concilio in medio fratrum, erant ferè centum viginti, propoſuit eis electionem de duodecimo Apoſtolo Iudæ proditoris loco faciendam, quod quidem minimè feciſſet, niſi ſuper illos oēs auctoritatem habuiſſet; quam certè auctoritatem oſtendit ſe habere, quando dixit, oportet ex his viris, &c. ille igitur tanquam primus inter omnes, duodenarium numerum Apoſto-

Petrum venerati ſunt cęteri Apoſtoli.

Act. cap. 1.

lorum perfecit inuocato prius deuotè nomine cœleſti; atque Matthiam in locum Iudæ ſuffeciſſe videtur tanquam princeps, & protector aliorum. quos poſt acceptum ſpiritum ſanctum audacter defendit contra audaciam, temeritatéque Iudeorum, qui eos vitio ebrietatis notare nitebantur publicè. Præterea orans idem Petrus cum alijs Apoſtolis, eleuauit uocem ſuam ad Iudeos, qui compuncti corde ex uerbis illius, dixerũt tàm illi, quàm cæteris cum eo exiſtentibus, quid faciemus uiri fratres? quibus non quiſlibet ex diſcipulis, ſed unus Petrus tanquam aliorum caput, & rector reſpondit, pœnitentiam agite. Vide igitur paſtorem unicum animarum, & Christi Vicarium, ſaluti gregis ſibi commiſſi prouidentem, tacentibus alijs ob reuerentiam, quam exhibebant Pontifici maximo; cuius auctoritas maior Ioannis auctoritate apparuit, quando aſcendens ſimul cum ipſo Ioanne in templum ad horam orationis nonam, dixit paralitico, qui ad portam ipsius templi petebat eleemosinam ab introeuntibus, & egrediẽtibus de templo, Reſpice in nos; ac poſtea ſubiunxit, Argentum, & aurum non eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do, in nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula. quam quidem poteſtatem maximam demonſtrauit etiam ſuper Ananiam, & eius uxorem Saphiram quando ſuper eos tulit illam terribilem ſententiam, ad cuius prolationem ſtatim mortui ceciderunt ante pedes eius. Videte igitur, ait D. Ambroſius, quantum fletus profuerit Petro; antequam fleret, lapſus eſt, poſtquam fleuit electus eſt, & qui ante lacrimas præuaricator extitit, poſt lacrimas paſtor aſſumptus eſt, & alios regẽdos accepit, qui ſe ipſum non rexit. Petrus ergo eſt meritò appellandus caput Eccleſiæ, & uertex membrorum, & fundamentum fidei immobile, ac princeps Apoſtolorum; cui

Act. cap. 3.

Act. cap. 5.

D. Ambr.

uni

uni data fuerūt q̃ ſolius Dei ſūt,& non cuiq̃ aliorū Apoſtolorū;cui vni commiſſus eſt grex Dominicus, cui ſoli, ſuiſq; ſucceſſorib. traditę ſūt à Domino claues regni cœlorū,quasquidē claues diligētiſſimè cuſtodierūt omnes Romani Pontifices,qui beati Petri extiterunt veri,ac legitimi ſucceſſores uſque ad Vrbanum Octauū,qui hac tempeſtate regit Dei Eccleſiam, ac prudentiſſimè gubernat, tanquam unus Dei Vicarius, ac beati Petri legitimus ſucceſſor, qui ſedet in ſolio maieſtatis illius, in eadem urbe, quam ipſe proprio ſanguine conſecrauit. Quis igitur non admiratur hanc longā tot ſummorum Pontificum legitimam ſucceſſionem in eadē ſede? quis luce clarius non uidet hoc eſſe opus manuum Dei? quis non cognouit ſedem hanc unicam a beato Petro proprio ſanguine conſecratam, Romæque ſuis ſucceſſoribus relictam omnium Eccleſiarum eſſe matrē? Voluntas Dei altiſſimi fuit,ut Vrbs Romana effuſione ſanguinis Petri, qui fuit Chriſti Vicarius, facta ſit altera Hieruſalem, quoniam per eiuſmodi effusionem locus ille firmatus eſt,& conſecratus pro Ecclesia ſancta, quæ eſt caput,ac Domina aliarū Ecclesiarum; Nam licet Hieruſalem fuerit gloriosior ob Domini Ieſu Chriſti paſsionem, Roma tamen pro ſede Summi Pontificis fuit aptior; & certè nulli dubium eſt, quod urbs illa a Deo fuit præelecta, vt eſſet omnibus alijs ciuitatibus in vniuerſo mundo exiſtentibus ſuperior, reſpectu maximæ illius,quam habet Romanus Pontifex, dignitatis,ac ſuperioritatis ſuper vniuerſos populos, ac nationes. At quis diſcurrit per vniuerſas totius orbis partes, ac prouincias, in quibus Apoſtoli prædicarunt Ieſu Chriſti Euangelium,& non videt omnes Eccleſias, quas ijdem Apoſtoli fundarunt,iam defeciſſe,Ioannis in Aſia, Andreæ in Achaia, Thomæ in India, Simonis in Perſia,

Digitized by Google

Thadæi in Meſopotamia, Matthei in Ethiopia, Iacobi in Iudea. Pauli in Græcia, Philippi in Phrigia, Iacobi in Hiſpania, Matthię in Paleſtina, Bartholomęi in Scithia, Petri in Ponto, Galatia, Bithinia, Antiochia, nominaq; ipſorum Apoſtolorum iam amiſiſſe, nullamque earum nomen ſortitam fuiſſe à quouis illorum, præter vnam Eccleſiam Romanam, quæ vſque in præſentem diẽ Eccleſia, & ſedes Petri à cunctis Chriſti fidelibus per vniuerſum orbem diffuſis nuncupatur? Quæ & ſi incredibiles ſit paſſa tirannorum immaniſſimorum perſecutiones, diuerſorumque hæreticorum perturbationes, durat nihilominus vſque ad præſentem diem, & ſicut à nullo cõtrario vinci, nec ſuperari poteſt, ſic illa ſuperbos vicit Imperatores, qui eam ſunt perſecuti, crudeles proſtrauit tirannos, importunos cõfudit hæreticos, impium Diabolum, cunctaque ſibi aduerſantia ſuperauit; & omnes gentes, quæ ad illius gremium humiliter, ac deuotè confugerunt, benignè ſuſcepit vt pia mater, apud quam non eſt acceptio perſonarum, cum omnium hominum exoptet ſalutem animarum, velitque cum ſuo cœleſti ſponſo omnes homines ſaluos fieri, atq; ad agnitionem veritatis venire; Ob quàm cauſam Romanus Pontifex caput, & vnicus illius paſtor, moderator, & rector, cum non ignoret, clarèque proſpiciat meſſem ſuam eſſe multam, multos itidem operarios voluit habere, qui & meſſem huiuſmodi ſecum metant, & vineam Domini exercituum cum ipſo diligenter excolant, vt det fructus bonos temporibus ſuis; cùm autem huiuſmodi uinea, quæ eſt Dei uiuentis Eccleſia, ſit adeò magna, eſt enim, ut omnes Chriſticolæ uident, dilatata per uniuerſas orbis terrarum partes, ut ipſe ſolus eam non poſſit colere per ſe in omnibus partibus, impoſſibile eſt enim illum peragrare poſſe omnes mundi partes, ac uiſitare plebem om

nem

nem ſibi commiſſam, neceſſarium fuit ſemper, ut ubiq; terrarum haberet ſubpaſtores, & miniſtros, qui eius nomine, ac uice regerent, atq; gubernarent prouincias ſibi commiſſas, grauioraque negotia, ac maiores, difficillimaſque cauſas ad ſedem Apoſtolicam, cui ſe in omnibus ſubiectos profiterētur, referrent. ſic igitur Pontifex Maximus, ut Chriſti exempla ſequi uideretur, qui alios dedit Apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios Doctores, ſic inquam ille, ut Ieſu Chriſti Vicarius in terris, alios dat Patriarchas, alios Archiepiſcopos, alios uerò Epiſcopos, alios Doctores, nonnulloſque Curatos, & alios Prædicatores, qui Dei uerbum ſeminent in agro Domini, faciantque in toto hoc ingenti ouili prouentum. Quæ quidem tot Prælatorum, operariorumque creatio per diuerſa mundi loca, nullo pacto contradicit unitati nec Eccleſię, nec ſui capitis, quoniam quamuis, ait Pelagius Papa, uniuerſæ per orbem catholicæ, & Apoſtolicę Eccleſiæ inſtitutæ, unus thalamus Chriſti ſit, tamen Sancta Romana Eccleſia cæteris Eccleſijs prælata eſt. In illis ergo ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi Flamines eorum, atque primi legis Doctores erant, Epiſcoporum primates, uel Patriarchas beatus Petrus poni præcepit, qui reliquorum cauſas Epiſcoporum, & maiora negotia fidei agitarent: in illis autem in quibus dudum apud prædictos Ethnicos erant eorum Archiflamines, quos tamen minores eſſe tenebant, quàm memoratos Primates, inſtitui præcepit Archiepiſcopos; in ſingulis uerò reliquis ciuitatibus ſingulos, & non plures Epiſcopos conſtitui præcepit, quoniam neque inter ipſos Apoſtolos præfuit inſtitutio, ſed unus præfuit omnibus pro Chriſto Vicarius, qui habet in partem ſuæ ſollicitudinis Suffraganeos Epiſcopos, & Rectores in directione plebium, & ouium ſibi à Summo Deo commiſſarum,

Diſtin. 21. cap. Quāuis.

Digitized by Google

ſarum, quæ illum in omnibus Pontificem, Dominum, ac principem ſuum ſemper agnoſcunt, patremque communem confitentur; Papa enim ab omnibus ubiq; gentium appellatur, hoc eſt Pater pauperum, uel Pater patrum, cuius quidem Patris beatiſſimi filij ſunt omnes Chriſti fideles, uereque catholici. Nuncupatur etiam ſtupor mundi, cuius parrochia eſt totus mundus, quia eſt Prælatus prælatorum, qui Dei legatione fungitur in uniuerſo mundo in his, quæ ut Papa tenetur deliberare, decernere, & penitus determinare uti Dei Vicarius; & qui contrarium credit, uel tenet, admodum errat, à catholica ueritate penitus deuiat, & eſt cenſendus hæreticus, ab omnibuſq; fugiendus, ac deuitandus tanquam lupus ſub ouina pelle, & crucis Chriſti hoſtis manifeſtus. Tanta eſt maieſtas Papæ, eiuſdemque dignitas, & celſitudo, quòd poſt Deum optimum debet in terris adorari eo modo, quo alibi tractabimus. & ideo uoluit, Deus non ab alio Vicarium ſuum præter à ſe iudicari, nullique eſſe ſubiectum niſi ſibi ipſi, tanquam uniuerſaliſſimo iudici, qui eſt iudicaturus uiuos, ac mortuos, quoniam non decet Monarcham totius Eccleſiaſtici Imperij à nulla alia, præter quā à ſummi Dei poteſtate iudicari. fœlices igitur, atq; beati nuncupari poſſunt illi omnes, qui Ditioni tanti principis ſunt ſubiecti, & in gremio ſponſæ ſuæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ conquieſcũt, quæ proculdubio eſt caſtrum, in quo fides eſt murus, temperantia ſenſuum eſt ianua, ante murale pacientia, foſſatum humilitas, turris ſpes, cuſtos prudentia, arma opera, machinæ orationes, vectigalia ſcripturæ verba, aqua, deuotio; qui igitur, in hac ſancta Eccleſia vnica Ieſu Chriſti ſponſa habitauerit, meritò cum illo ſanctiſ-
Pſal. 22. ſimo Vate, & Rege Dauid dicere poterit, Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit.

Digitized by Google

canit. ſuper àquam refectionis educauit me, ſcilicet per baptiſmum, animam meam conuertit per pœnitētiam, deduxit me ſuper ſemitas iuſtitię propter nomen ſuum, nam, & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es, virga, & baculus tuus paſtoralis, ipſa me conſolata ſunt. paraſti in conſpectu meo Sacramentorum menſam, impinguaſti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quàm præclarus eſt; & miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ, & vt inhabitem in domo domini in longitudine dierum. Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitę meę. Amen.

De Libris, in Quibus tota continetur ſcriptura Diuina; & de traditionibus, nonnulliſque alijs, quibus innititur fides; atque Unitas Sancta Romana Eccleſia. Tractatus Tertius.

MInimè quidem latere debet eos omnes, qui & catholicam fidem profitentur, & vnam tātùm eſſe Eccleſiam ſanctam, Apoſtolicam, Romanam, ac vnum ouile, vnumque ipſius exiſtere paſtorem confitentur, firmiterque tenent, multos eſſe libros, in quibus tota continetur ſcriptura ſacra, nonnullaque prætereа eſſe, quibus innititur eadem fides catholica, quam omnes Chriſti fideles vbique terrarum exiſtentes liberè, firmiter, & abſque vlla dubitatione profitentur. Omnis autem ſacra pagina duas præcipuas habet partes, vetus ſcilicet teſtamentum, & nouum. Teſtamentum vetus multos cōtinet libros, quorum ſanè primus dicitur Geneſis, hoc eſt generatio, eò quia mundi exordium, ſeculique

Libri veteris teſtamēti.

culique

Digitized by Google

lique generatio in illo continetur. Secundus appellatur Exodus, ideſt exitus, eò quod exitum populi Iſraelitici ex Egypto narret. Tertius nuncupatur leuiticus, quia leuitarum miniſteria, ſacrificia, leges, rituſque multos contineat ſupradicti populi. Quartus inſcribitur liber Numeri, quoniam in eo dinumerantur tribus omnes, quæ de Egypto ſunt egreſſæ, recenſeturque numerus quadraginta duarum per deſertum manſionum. Quintus nuncupatur Deuteronomium, ideſt ſecũda lex, quia fit in eo repetitio legis. quorum quinq; ſupradictorum librorum Auctor fuit Moyſes ille Diuinus Vates, ac optimus paſtor, & princeps totius populi Iſraelitici à Domino liberati in manu potenti ex Egytiaca ſeruitute, & Pharaonis duriſſima tirannide. Sextus liber veteris teſtamenti eſt Ioſue, qui fuit Dux tàm tẽpore belli, quàm pacis Iſraeliticæ gentis, Vir certè præclariſſimus ob res à ſe fortiter geſtas tàm in vita, quàm etiã poſt mortem Moyſis, poſt cuius obitum ipſe ſcripſit oĩa verba, quæ locutus eſt ad eum Dominus in volumine legis, addendo illi hiſtoriam de trãſitu filiorum Iſrael per Iordanis flumen, de impiorum Regnorum ſubuerſione, de diuiſione terræ promiſſionis, deque alijs multis, quæ poſt Moyſis mortem dicta, factaq; fuerunt vſque ad annum decimum ſeptimum ſui Ducatus; quo quidem anno ipſe mortuus eſt, vir ſanè, & armis, & religione inclitus, annum agens ætatis ſuæ centeſimum ſupra vigeſimum. Septimus eſt liber Iudicum, & Ruth, ſic inſcriptus quoniam in eo continentur geſta Iudicum, ac principum Iſael qui præfuerunt populo illi in terra promiſſionis, poſtquam Ioſuè mortuus eſt, vſquequo Reges regnare cæperunt. ſunt qui dicant, Samuelem hunc ſcripſiſſe librum, eidemque Ruth hiſtoriam adieciſſe. Octauus eſt liber primus Regum, qui cõtinet geſta Heli, Samuelis,

lis,

lis, Saulis, Dauidque, de quo etiam in ſecundo, qui eſt nonus in ordine librorum veteris teſtamenti, multa con tinentur. Decimus eſt tertius ipſorummet Regum. vndecimus eſt quartus eorumdem, in quibus Regum Iuda, & Iſrael geſta narrantur. Duodecimus eſt primus Paralipomenon, & ſecundus eſt tertius decimus, qui quidem duo libri ſic inſcribuntur, quoniam ea, quæ tàm in pentateucho, quàm etiam in libro Ioſuè, Iudicum, atque in libris quattuor Regum prætermiſſa fuerunt, vel plenè non ſunt deſcripta, breuiter, ſummatimque explicare videntur. Sicut autem primi, & ſecundi Regum au ctores, vt dicunt nonnulli, fuerunt Samuel, Natham, & Gad Prophetæ, tertij verò, & quarti Eſdras, vel vt alijs placet, Ieremias, ita horum duorum prætermiſſorum (ſic enim ſonat in lingua noſtra Paralipomenon) eumdem Eſdram fuiſſe quidam aſſerunt. Cuius quattuor extant libri, qui in ordine iam cępto ſunt quartus, quintus, ſextus, & decimus ſeptimus, in quorum primo ſcripſit redditum Iſraelitici populi ex captiuitate Babilonica in Iudeam, vrbiſque Hieruſalem reſtaurationem, & noui templi extructionem, & in ſecundo hanc eandem pertractat hiſtoriam. inſcribuntur autem libri Eſdræ, quia eius geſta, ac Nehemiæ narrantur in eis. Decimus octauus eſt liber Eſther ſcriptus ab Eſdra, vel vt alij opi nantur à Ioachim hebræorum Pontifice Ieſu magni Sa cerdotis filio; ſiue vt plerique latinorum volunt à Mardocheo. Decimus nonus eſt liber Iob, quem nonnulli exiſtimant ipſum Iob ſcripſiſſe; alij verò dicunt huiuſmodi ſanctam hiſtoriam ex ſyro ſermone in hebraicum fuiſſe tranſlatam à Moyſe præclariſſimo Domini Vate. Vigeſimus eſt liber Pſalmorum, quorum multi, atque diuerſi fuerunt auctores. Vigeſimus primus eſt liber Thobiæ, qui apud nos ſonat Bonitas Domini. Vigeſi-

mus ſecundus eſt liber Iudith illuſtriſſimæ fœminæ,quę patriam ab hoſtibus obſeſſam mirabiliter liberauit. Vigeſimus tertius,quartus,& quintus ſunt libri tres Regis Salamonis,quorum primus cõtinet prouerbia, adagia, parabolas, & ſimilitudines; ſecundus Eccleſiaſtes dicitur, quem concionatorem nos appellare poſſumus, eò quod eius ſermo ad multos dirigatur, docens omnia, quæ in mundo ſunt,caduca eſſe,& breuia,& ideo nullo pacto appetenda. Tertius eſt liber,qui inſcribitur Cantica canticorum, continens ſub metaphora ſponſi, & ſponſæ mirabilia miſteria,& admiranda,ac ineffabilem Dei circa hominis animam,incredibilemque amorem. Vigeſimus ſextus eſt liber Sapientiæ,qui vulgo Salomonis inſcribitur. Vigeſimo ſeptimo loco ſequitur liber Eccleſiaſticus,quem ſcripſit Ieſu filius Sirach. Vigeſimus Octauus eſt Vates ſanctiſſimus Dei noſtri Iſaias, qui ſalus Domini interpretatẽ, qui in ſuo libro quicquid de phiſicis, ethicis, logicis, & quicquid de ſanctarum ſcripturarum miſterijs, poteſt humana lingua,& mortalium ſenſus accipere, complexus eſt, ſumma præ cæteris prophetis venuſtate ſermonis, & vrbanæ dictionis elegantia multa de Chriſto prophetauit, & clarius cæteris prophetis. Vigeſimus nonus eſt Ieremias ideſt Excelſus,propheta,& ſacerdos, qui cæpit iuuenis prophetare,& vaticinia litteris mandare. Trigeſimus eſt liber Ezechielis prophetæ,qui robur, vel Imperium Domini interpretatur, fuit propheta, & ſacerdos,& mortuus eſt in Chaldea obtruncatus à Duce ſuæ gentis, quem ipſe de idolorum cultu repræhenderat. Trigeſimus primus eſt Daniel propheta,ideſt iudicatus à Domino. Trigeſimus ſecundus eſt Oſea, hoc eſt Saluator, qui præ alijs prophetis de vocatione gentium,& reprobatione Iudeorum vaticinatus eſt. Trigeſimus tertius eſt Ioel,

ideſt

ideſt incipiens,qui prædixit quanta mala orbi imminerent, & miſteria de regno Chriſti, & miſſione Spiritus Sancti. Trigeſimus quartus eſt Amos,hoc eſt poſtans, homo plebeus. & paſtor, qui diuinitus in ordinem prophetarum aſcitus ſubito incæpit pronunciare, ac prophetare contra decem tribus Iſrael, Regnum Iuda, atque templum ipſum. Trigeſimus quintus eſt Abdias, ideſt Dei cultor, qui priuſquam prophetare cæpiſſet, geſſit dignitatem quinquagenarij. Trigeſimus ſextus eſt Ionas, cuius nomen columbam ſignificat, ad cuius prædicationem Niniuitæ conuerſi ſunt ab eorum operibus malis. Trigeſimus ſeptimus eſt Micheas, hoc eſt humilitas,qui vaticinatus eſt contra Reges,Iudices,ſacerdotes,& prophetas falſos,qui verbum Domini abiecerant, & impietatem ſecuti fuerant. Trigeſimus octauus eſt Nahum, ideſt conſolator, qui ſuo volumine concluſit prophetiam ſuam de Subuerſione Niniue, atque totius Regni Aſſiriorum. Trigeſimus nonus eſt Abacuch, hoc eſt luctator, qui iubente Deo ſcripſit librum vaticiniorum aduerſus Babilonem, & Nabuchodonoſor Regem Chaldeorum, qui Hieruſalem, eiuſq; celeberrimum templum ſubuertit. Quadrageſimus eſt Sophonias, ideſt arcanus Domini, cuius vaticinia continent euerſionem Hieruſalem, deuaſtationemque totius Regni Iudeorum. Quadrageſimus primus eſt Ageus, hoc eſt feſtiuus, ac lætus, qui admodum iuuenis vaticinijs impulit populum ad conſtruendum iterum templum Domini, minans illi, ſi non perfeciſſet opus, mala multa. Quadrageſimus ſecundus eſt Zacharias, ideſt memor Domini, cuius liber obſcuriſſimus eſt, fuſiuſque pertractat de reædificatione templi, & de ciuitate Hieruſalem. Malachias,hoc eſt Angelus,ſiue nuncius meus eſt Quadrageſimus tertius, qui vaticinatus

Digitized by Google

eſt quæ à Deo mandata fuerunt. Quadrageſimus quartus, & quintus ſunt primus, & ſecundus libri Machabeorum, in quibus continentur virtutes, egregiaque facinora gentis Machabeorum contra externas nationes ob Dei viuentis gloriam gentiſque, ac populi Iſraelitici ſalutem, aliaque præclara, inſigniaque facta. In his igitur omnibus, quos enumarauimus, libris, totum continetur vetus teſtamentum ab vniuerſali Dei Eccleſia approbatum, & acceptum. Nouum vero teſtamentum ex alijs conſtat libris, quorum primus eſt ſacrum Ieſu Chriſti Euangelium ſecundum Mattheum hebraicis litteris ab eo ſcriptum. Secundus eſt volumen Euangelij ſecundũ Marcum, qui Alexandriæ fuit Epiſcopus ibidem relictus à beato Petro, & ordinatus; qui Romæ rogatus à fratribus ſcripſit greco ſermone Euangelium ſuũ ſicut audiuerat ab ipſo Diuo Petro. Tertius eſt liber Euangelij ſecundum Lucam, qui fuit profeſſione medicus, & adhærẽs ſeptuaginta duob. Diſcipulis factus eſt D. Pauli ſectator, græcaque lingua ſcripſit Euangelium. Quartus eſt Ioannis Euangeliſtę Euangelium, qui poſt vocationem ſuam ad Apoſtolatus culmen litteras didicit, & cum in vltima cœna ſuper pectus Domini recumberet, tantam inde hauſit ſcientiam, quantam mortalium nemo vnquam ſortitus eſt; Hic poſt omnes ſupradictos græco ſermone ſcripſit Euangelium. Quintus eſt liber Actuum Apoſtolorum à Luca Euangeliſta græcis litteris exaratus ad Theophilum virũ perfectiſſimũ. Sextus eſt præclariſſimum, diuiniſſimumque D. Pauli Epiſtolarum volumen; quarum prior eſt ad Romanos, duæ ſequentes ad Corinthios, quarta ad Galatas, quinta ad Epheſios, ſexta ad Philippenſes, ſeptima ad Coloſſenſes, octaua, & nona ad Theſſalonicenſes, decima, & vndecima ad Timotheum, duodecima ad Titũ, tertiadecima

Libri noui teſtamenti.

cima ad Philemonem,quartadecima ad Hebræos.Poſt tot diuiniſſimas Epiſtolas ſacris myſterijs, ſapientiaq; incredibili refertas,locum habent Epiſtolæ Canonicæ, ſiue catholicæ, quarum primæ ſunt D. Petri Apoſtoli, tertia D. Iacobi, quarta, quinta, & ſexta D. Ioannis Euangeliſtæ,ſeptima eſt Iudæ Apoſtoli. vltimum tandem locum occupat liber diuinarum reuelationum beati Ioannis Euangeliſtæ, ſcilicet Apocalypſis Ieſu Chriſti, quam dedit illi Dominus palam facere ſeruis ſuis. qui quidem omnes libri vnà cum ijs, quos complectitur teſtamentum vetus, efficiunt totum illud volumen ſacratiſſimum, quod Biblia paſſim ab omnibus vocari conſueuit,quæ totam cōtinet ſacram ſcripturam.Cuius libri præcipuè in toto veteri teſtamento contenti, à diuerſis,non tamen ijſdem temporibus ſunt pluries tranſlati.& primo tota ſcriptura vetus paraphraſticè fuit trāſlata ex hebræo in Chaldaum quam paraphraſim Iudei Targùm vocant. & fertur huiuſmodi tranſlationem à tribus viris factam fuiſſe, qui fuere Rabbi Aquila, qui chaldaicè Onkelus dicitur,& tranſtulit Pentateuchum, ſiue legem; Rabbi Ionathā Vzielis filius trāſtulit Ioſuè, Iudices,& Regum libros;item Iſaiam,Hieremiam,& cæteros Prophetas; Rabbi verò Ioſeph cæcus tranſtulit Pſalmos,Iob,Ruth,Eſter,& Salomonis opera.Secundò facta fuit prædictorum omnium librorum tranſlatio per ſeptuaginta interpretes,tempore Ptolomei Philadelphi Regis Egypti. Tertia fuit tranſlatio in ſermonem græcum cuiuſdā Aquilæ ſynopenſis multis annis poſt tranſlationem ſeptuaginta interpretum,&poſt mortē Chriſti, nempe ſub Adriano Imperatore. Quartam tranſlationem ſub ſeuero Imperatore Simmachus Samaritanus edidit.Quinta fuit Theodoſionis Epheſij Commodo Imperante. Sexta inuenta eſt Caracalla Regnante

Plures tranſlationes veteris teſtamenti.

Anno quarto.

inceꝛti

Anno ſeptimo. incerti auctoris, in Hierico. Septima fuit etiam incerti auctoris ſub Alexādro Mameę filio Imperatore. Octaua fuit Luciani Martyris, & Hæremitæ apud Nicomediam, manu eius ſcripta. Pro his tranſlationibus videndus eſt Euſebius lib. 6. hiſtor. cap. 13. Athanaſius in Synopſi, & Epiphanius in lib. de menſuris, & ponderibus. Poſt quas quidem octo verſiones ſuperuenit editio vulgata, à Sancta Romana Eccleſia approbata, & recepta, tanquam & verbis fidelior, & ſententijs clarior, quæ ferè ab omnibus D. Hieronymo attribuitur; quam in ſacroſancto Tridentino Concilio ſancti illi Patres approbarunt, omnibuſque Chriſti fidelibus vbique terrarum degentibus amplectendam tradiderunt, quamque vniuerſalis Eccleſia ſequitur, eaque omnes catholici ſcriptores, Doctores, Prædicatores vti debent, atque tenentur. Animaduertat autem diligentiſſimè vnuſquiſque catholicorum, atque Ieſu Chriſti fidelium in lectione librorum totius veteris teſtamenti, quos ſupra enumerauimus, quòd præcepta moralia in eis contenta, vt ſunt inter alia omnia Decalogi præcepta debet pro viribus obſeruare, inſuper & illa cuncta, quæ ad morum ædificationem maximè pertinere videntur; cęrimonialia verò cuncta, atq; legalia, tanquam ea, quæ tùm eluceſcente luce de Cœlo, quæ illuſtrauit totum orbem, illuminauitque omnem hominem venientē in hūc mundum, euanuerunt, atque euacuata ſunt, penitus ommiſſa faciant, cum nil proſint eas obſeruantibus, in hoc præcipuo tempore, in quo abundat Ieſu Chriſti agni immaculati pro totius generis humani ſalute imolati ſuper lignum crucis, gratia, ſicut docet D. Paulus in Epiſtolis ad Galatas, & ad Hebræos; illis enim qui circuncidun- tur, Chriſtus nihil prodeſt, quia modo nec circunciſio, nec cætera eiuſmodi legalia nihil prodeſſe poſſunt ijs, qui

Sub Cōſtantino Imperatore.

Editio vulgata.

Cōcil. Trid. ſeſſ. 4.

Præcepta moralia ſūt obſeruanda, cærimonialia vero nō.

Gal. c. 3. 5. Hebr. cap. 9.

qui illa obſeruare præſumunt, cum ſint penitus abrogata, atque de medio ablata per aduentum, paſſionem, & mortem Ieſu Chriſti Dei viui, & veri. Senſus præterea litteralis, & hiſtoricus eorumdem omnium librorum ſumēdus eſt, quia prout litteralis ſenſus ſonare videtur, debemus omnino credere res accidiſſe, geſtaſque fuiſſe prout in illo refertur, & hiſtoria illa nobis narrat. Multa inſuper, quæ in eiſdem libris facta eſſe referuntur, intelligere, ac interpretari debemus ſecundum triplex interpretandi genus, ſcilicet allegoricum, anagogicum, atq; tropologicum; quorum primum præteritarum in veteri lege vmbrarum, ac figurarum prænoſiones manifeſtat; ſecundum ad futuræ beatitudinis, & cœleſtis gloriæ miſteria animos mortalium extollit; tertium quę in ſcripturis ſanctis geſta ſunt, atque dicta ad præſentis vitæ moralem inſtitutionem conuertit. Tot igitur iuxta triplicem temporum partitionem ſunt ſpecies miſticæ explanationis, quam nos non alius, niſi Chriſtus, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei docuiſſe videtur; Allegoricam nos docuit, dum dixit ad Iudeos de Ioanne Baptiſta; Helias quidem venturus eſt, & reſtituet omnia. dico autem vobis, quia Helias iam venit, & non cognouerunt eum, ſed fecerunt in eum quæcunque voluerunt; quibus verbis inſinuare illis voluit, Heliæ vitam in veteri teſtamento fuiſſe typum, & vmbram vitæ pręcurſoris ſui Ioannis Baptiſtę, qui in exordio noui teſtamenti venit in ſpiritu, & virtute Heliæ. Paulus quoque ad Galatas hiſtoriam duorum filiorum Abrahæ allegoricè explanans inquit, ſcriptum eſt, quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera, ſed qui de ancilla ſecundum carnem natus eſt, qui autem de libera per repromiſſionē, quæ ſunt per allegoriam dicta: hæc enim ſunt duo teſtamenta.

De ſenſibus ſacrę ſcripturę.

Matth. c. 17.

Gal. cap. 4.

Tro-

Tropologica expoſitione vſus eſt Redẽptor noſter cum hiſtoriam pœnitentiæ Niniuitarum, & aduentus Reginæ Auſtri ad Salomonem, ad exprobrandos perditiſſimos mores, incredulitatemque Iudeorum, narrauit dicens; Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam, quia in prædicatione Ionæ egerunt pœnitentiam, &c. quæ in illo loco proſequitur Saluator noſter. Hac etiam ipſa explanatione vſus fuit D. Paulus, quando hiſtoriam hebræorum, qui in deſerto perierunt, ad mores accommodauit dicens; Patres
1. Cor. c. 10. noſtri oẽs mare tranſierunt, ſed nõ in omnibus eorũ beneplacitum eſt Deo; hæc autem in figura facta ſunt noſtri, vt non ſimus concupiſcentes malorum, ſicut & illi concupierunt: neq. idololatræ efficiamini, ſicut quidam ex illis, &c. quæ ibi narrat Apoſtolus. Anagogica vſus ẽſt idem Apoſtolus ad Hebræos, cum terram Palæſtinorũ patribus repromiſſam, adoptat ad promiſſionem futuræ gloriæ, inuiſibilis, atque cœleſtis patriæ meliora habentis fundamenta, cuius eſt Deus artifex. Tot ergo ſunt genera ſacrarum expoſitionum, quibus omnes Patres orthodoxi vti ſunt, atque vtuntur in exponendis ſacris ſcripturis tùm veteris, tùm etiam noui teſtamenti; Hiſtoricum in quam, Tropologicum, Allegoricum, & Anagogicum. Hiſtorica expoſitio eſt, quæ veritatem nobis factorum, ac fidem relationis inculcat. Tropologica, ſiue moralis eſt, quæ ad uitæ noſtræ emẽdationem miſticos intellectus refert. Allegorica eſt, quæ narrationem geſtorum futurorum vmbram prætuliſſe demonſtrat. Anogogica tandem eſt illa, quæ ad ſacratiora cœleſtium figurarum ſecreta perducit. Verùm minimè prætereundum eſt hoc in loco, quòd non ſolum omnia, quæ in ſacris iam ſupra enumeratis libris, reperiuntur vel per vnam, vel per alteram ſupradictarum expoſitio-

num apertè poſſe explicari, ſed etiam quàm ſæpiſſimè contingit, vt iſdem locus, ac eadem verba Diuinæ ſcripturæ omnes iſtas expoſitiones ſimul recipiant. nã aqua ſecundum hiſtoricum ſenſum ſignificat aquæ elementum, quod omnes videmus totam terram ambire. tropologicè verò tribulationes ſignificat, in quo quidẽ ſenſu accepit ſacer ille Vates, quando dixit, dum verba faceret de iuſtis, & bonis perſecutis à malis hominibus, Tranſiuimus per ignem, & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium. Allegoricè autem ſignificat aquam Sacramenti baptiſmatis, de quo dixit Ezechiel, effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Anagogicè tandem exponitur de æterna beatitudine, in qua ſanè ſignificatione olim dictum fuit, deducet eos ad vitæ fontes aquarum. Quis autem hanc librorum multitudinem recepit in Eccleſia Dei, confirmauit, approbauit, fidelibuſque vniuerſis legendos tradidit, niſi vnitas ſanctæ matris Eccleſiæ, vniuſque eius paſtor, princeps, & moderator, qui eſt Dei Vicarius in terris, ac Summus Pontifex, omnium Pater? qui Spiritus Sancti magiſterio omnia, quæ ad credentium ſalutem ſpectare videntur, ſanctiſſimè gubernat, optimè decernit, fideliterque, ac ſapientiſſimè moderatur? quem Cyprianus, Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius, Hilarius, Athanaſius, cæterique huiuſmodi patres ſanctiſſimi, atque ſapientiſſimi ad veram ſacrę ſcripturæ intelligentiam habendam in locis difficilimis ſemper conſuluerunt? ad quem omnes confugierunt ſemper tanquam ad tutiſſimũ portũ? At verò præter lectionem prædictorum omnium librorum tàm veteris, quàm noui teſtamenti eſt neceſſaria Chriſti fidelibus lectio, ſtudiumque aliorum librorum, ſcilicet Decretorum à Summis Pontificibus confectorum, ac in Eccleſia

Ezech. cap. 30.

Apoc. c. 7.

F Dei

Lectio Decretorum & Conciliorum.

De traditionibus Apoſtolicis.

Dei promulgatorum, inſuper & Conciliorum. Præterea Conſuetudines, traditioneſque à ſede Apoſtolica approbatę omnino ſunt obſeruandæ ab omnibus fidelibus, & ſi minimè ſint ſcriptæ. habemus enim in Eccleſia Sancta Dei plurimas traditiones à Sanctis Apoſtolis populo Chriſtiano datas, relictas; tùmque ſucceſſiuè nobis traditas, quæ nullibi ſcriptæ reperiuntur, de quibus ſcribens D. Paulus ad Theſſalonicam Eccleſiam dicebat, Itaque fratres ſtate, & tenete traditiones, quas didiciſtis ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolam noſtram. Et Beatus Pater Auguſtinus de ijſdem traditionibus ſic inquit, Eccleſiaſticarum inſtitutionum, quaſdam in ſcriptis, quaſdam Apoſtolica traditione per ſucceſſores in miniſterio confirmatas accepimus, quaſdam conſuetudine roboratas approbauit vſus, quibus par ritus, & idem vtriuſque pietatis debetur affectus. Et alibi, ſanè multa tàm de verbis, quàm de factis Dominicis inuenimus ab Euangeliſtis ommiſſa, quæ Apoſtoli vel ſuppleuiſſe verbo, vel facto expreſſiſſe leguntur. in his enim rebus, in quibus nihil certum ſtatuit diuina ſcriptura, mos populi Dei, & inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt, & ſicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores Eccleſiaſticarum conſuetudinum coercēdi ſunt. Et ideo D. Hieronymus ait, traditiones Eccleſiaſticas ita obſeruandas, vt à maioribus traditæ ſunt. Ridiculum eſt enim, inquit Nicolaus Papa, & ſatis abhominabile dedecus, vt traditiones, quas antiquitus à patribus ſuſcepimus, infringi patiamur. Nam quemadmodum, ait Gregorius Papa, illicita perpetrare non patimur, ſic quæ ſunt conſuetudinis non negamus. Et ſcribens Auguſtino Anglorum Epiſcopo ſic inquit, Nouit fraternitas tua Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem, qua ſe meminit eſſe nutritum, ſed mihi placet, vt ſiue in Roma-

Theſſal. c. 2.

Diſtinct. 1. 1 c. Eccleſiaſticarum.

De celebr. Miſſ. c. cum Marthæ.

Diſt. 12. c. illud. & cap. Ridiculum.

C. quemadmodum.

C. Nouit.

na,ſiue Gallicorum in qualibet Eccleſia inueniſti quod plus Omnipotenti Deo placere poſſit, ſollicitè eligias, & in Anglorum Eccleſia, quæ adhuc in fide noua eſt, infundas quæ de multis Eccleſijs colligere poteris, & quaſi in faſciculum collecta apud Anglorum mentes in conſuetudinem depone. Oportet igitur, inquit Ioannes Caſſianus, auctoritati Patrum, conſuetudinique maiorum vſque ad noſtrum tempus per tantam annorum ſeriem, etiam nō percepta ratione, credere, eamq; vt antiquitas tradita eſt, iugi obſeruatione, & reuerentia cuſtodire. & 10. q. 5. c. Decreuimus, legitur, Decreuimus, vt antiquæ conſuetudinis ordo ſeruetur. at ſi huiuſmodi Eccleſiaſticarum diſciplinarū expoſtulas legem, nulla legis traditio tibi prætendetur, auctrix eſt conſuetudo, & idonea teſtis traditionis veteris antiquitas; obſeruationes Eccleſiæ ſi nulla ſcriptura determinauit, certè conſuetudo roborauit, quæ proculdubio de traditione Apoſtolica manauit: Fida cuſtos eſt enim ſancta Dei Eccleſia traditionum Apoſtolicarum. Hinc Tertullianus dicebat, obſeruationes abſque vllo ſcripto ſuo ſæculo, annis videlicet centum, ſeptuaginta poſt Chriſtum, per vniuerſam Eccleſiam ab initio commemoratas, eaſdem videri vſque in dies ſuos, & obſeruari. Et D. Auguſtinus defendit paruulorum baptiſma aduerſus Donatiſtas, ex conſuetudine tantùm Eccleſiæ antiqua, canonica, fundatiſſima, quoniam, inquit ille, hoc habet auctoritas matris Eccleſiæ, hoc fundatiſſimæ veritatis obtinet Canon. contra hoc robur, contra hunc inexpugnabilem murum quiſquis arctauerit, ipſe potius confringetur. plurimum ergo valet, ait ille, Eccleſiæ auctoritas catholicæ, quæ ab ipſis fūdatiſſimis Apoſtolorum ſedibus vſque in hodiernum diem ſuccedentibus ſibi Epiſcopis ſecundum ſeriem ſucceſſionis, & tot

Caſſian. collat. 22. c. 12.

10. queſt. 5. cap. Decreuimus.

D. Auguſt. baptiſmatis paruulorum

populorum firmatur conſenſione. Vnde ſi quis conſuetudines, quæ ſcripto prodita non ſunt, tanquam haud multum habentes momenti conaretur reijcere, imprudens ea damnabit, inquit Baſilius ille magnus, quæ in Euangelio neceſſaria ſunt ad ſalutem, immo potius ipſam fidei prædicationem ad nudum nomen contrahet. Traditionem Apoſtolorum, inquit Ireneus Policarpi diſcipulus, toto orbe manifeſtā in omni Eccleſia adeſſe proſpicere omnibus, qui vera voluerint audire. Nos ergo quod in Eccleſia Dei obſeruare videmus quotidie, Romano Pontifice tolerante, & ſua auctoritate comprobante, humiliter, etiam nulla percepta ratione, percipere, atque cuſtodire debemus. ſic etiam in Rebus publicis mundanis varias legum eſſe videmus ſpecies, conſtitutiones principum, reſpōſa prudentum, Senatuſconſulta, magiſtatuum, ac prætorum edicta, quæ quidem cuncta ſcriptis tradita ſunt; videmus præterea ius non ſcriptum, quod conſuetudinem appellamus. ea ergo, quæ longa conſuetudine ſunt comprobata, atque per annos plurimos obſeruata, nō minus quàm ea, quæ ſcripta ſunt iura ſeruari debent. immo auctoritatis magnæ hoc ius habetur, quod intantùm eſt probatum, vt non fuerit neceſſe illud ſcripto compræhendere. Amplectantur ergo omnes vtriuſque ſexus Chriſti fideles cum omni humilitate, & obedientia quicquid in lege reperimus ſcriptum, ſcilicet in quatuor Euāgeliorum libris, in omnibus tàm beati Pauli, quàm cæterorum aliorum Apoſtolorum ſcriptis, hoc eſt in Actibus Apoſtolorum, in Apocalypſi, in catholicis Epiſtolis, & in libris quoque veteris teſtamēti reſpectu moralium pręceptorum, ac aliorum, quę Sancta Romana Eccleſia comprobauit, ſuiſque fidelibus tradidit obſeruanda, inſuper & doctrinam ſacrorum Conciliorum in Spiritu Sancto con-

D. Baſil. lib. de Spiritu Sancto.

Ireneus.

congregatorum, auctoritateque Summorum Romanorum Pontificum, & id omne quod ex traditionibus Eccleſiæ catholicæ etiam abſque vllo ſcripto, nulla inueſtigata ratione, per tot annorum ſeriem receptum reperitur. Et ſi quis de his omnibus hæſitauerit aliquando, & ſuper eorum intelligentia dubitauerit, adeat beati Petri Sedem, ad eamque tanquàm ad cœleſte oraculum recurrat, ſuiſque diuinis reſponſis firmiter, ac promptè obediat, obtemperetque vlla abſque dubitatione, quia ipſa non poteſt errare, cum Spiritu Sancto regatur, atque omni tempore gubernetur; eius namq; fides deficere minimè poteſt, quoniam pro illa rogat Chriſtus patrem ſuum, quem etiam interpellat pro nobis omnibus, cum omnium noſtrum ipſe aduocatus noſter apud illum exiſtat. Pater ille magnus Baſilius loquens de traditionibus Sanctæ Romanæ, & vniuerſalis Eccleſiæ, inquit, Dogmatum, quæ in Eccleſia prædicãtur, quædam habemus ex doctrina ſcripto prodita, quædam rurſum ex Apoſtolorum traditione recepimus, quorum vtraq; parem vim habet ad pietatem. Et poſtquam recenſuit varias Eccleſiæ conſuetudines, ac cærimonias abſque ſcriptura introductas, hoc modo conclufit. Dies me deficiet, ſi Eccleſiæ vniuerſæ miſteria vniuerſa citra ſcriptum tradita pergam recenſere. prima ſalus ergo eſt, ait Hormiſda Papa, rectæ fidei regulam cuſtodire, & à conſtitutionibus Patrum nullatenus recedere. Ille igitur magnopere aberrare videtur, qui Petro, qui quidem adamãtina, atque firmiſſima petra eſt, firmiter non adhæret, nec ea vult obſeruare, quæ ipſe fidelibus ſuis tradit obſeruanda, & tanquam ouis errans facilè à lupis rapitur, atque voratur. Petrus ergo qui eſt immobilis petra ſit omnibus refugium ſicut hærinacijs, qui vt melius à venatoribus ſe tueantur, habitant in cauernis petrarum,

D. Baſilius lib. de Spiritu Sancto cap. 27.

25. diſt. q. 5. c. Prima.

trarum,

trarum, quoniam ſi extra cauernas petrarum reperiuntur, à venatoribus facilè capiuntur. Ex Petri petra prorſus immobili, profluunt ſtagna aquarum viuentium in omnes regiones, ideſt Epiſcopi Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia per diuerſa loca creati, de quibus ſuo loco. nam Petrus fuit princeps Apoſtolorum, cæteri verò Apoſtoli, qui eum in principem eorum voluerunt, diſperſi in toto orbe terrarum ſanctum Dei, ac Domini noſtri Ieſu Chriſti prædicauerunt Euangelium; ſed quoniam meſſis erat multa, operarij verò pauci, meſſis Dominum rogauerunt, vt plures mitteret operarios in meſſem ſuam, vnde ſeptuaginta alij duo diſcipuli ſunt electi, quorum typum gerunt omnes presbyteri, qui ſunt ritè ordinati, atque conſtituti in Eccleſia Dei, quę eſt mater noſtra. quam qui non habet in matrem, Deum non cognoſcit in patrem, nec petrum in fundamentum immobile, atque firmiſſimum; contra cuius quidem hoſtes, impugnatores, ac perſecutores hæreticos nullo prorſus pacto eſt diſputandum, quia non modò minimè conuertuntur, ſed ſemper fiunt audaciores, atque in ipſo congreſſu fatigant firmos, vt ait antiquus ille Tertullianus, infirmoſque capiunt, medios autem cum ſcrupulo dimittunt; & ipſi non conuertuntur rationibus, quia non intelligunt, neque auctoritatibus corriguntur, quia non recipiunt, neque flectuntur ſuaſionibus, quia ſubuerſi ſunt, mori magis volunt, quàm conuerti, quia eorum finis interitus. Hinc Paulus ille Diuinus ſcribens ad Titum admonens illum dixit, vt hæreticum hominē poſt primam, atque ſecundam correptionem deuitare deberet, eò quod ſint nouitatum inuētores, optimorum morum corruptores, Chriſti hoſtes, diaboli membra, & ſinagoga ſathanę omnia eorum conuenticula. Sancta verò Dei Eccleſia Apoſtolica Romana eſt oſtium ſalutis,

Tertullianus de hæreticis quid dicat.

tis,

tis, Cœli porta, ſponſa Chriſti, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata, ſcala regni cœleſtis, fundamentum inexpugnabile veritatis, quam docuit veritas ipſa increata, & incommutabilis, quę cum de ſe ipſa loqueretur ait, Ego ſum via, veritas, & vita. per hanc igitur viam, quę ducit credẽtes omnes bona operantes ad cœleſtem patriã, ambulemus, vt tandem veritatis æternæ fieri compræhenſores mæreamur. Amen.

De Romani Pontificis inſtitutione. Tractatus Quartus.

SIcut qui vult aliquam excelſam fabricam conſtruere, prius maxima iacit fundamenta, ſine quibus ſtatim illa rueret, ita cum ego ſim maximis de reb. verba facturus, nempè de Præcipuis Eccleſiæ Romanę Dignitatibus, operæ pretiũ mihi ſanè videtur, antequam vlterius progrediar, de Pontificis Maximi, Eccleſiæq; poteſtate ſermonem facere, tanquam de fundamento maximo, ſuper quo ædificatum eſt, & conſtructum totum Eccleſiaſticum ædificium. Sed quis iecit hoc fundamẽtum penitus inconcuſſum, niſi Dominus, ac Deus noſter Ieſus Chriſtus veri, æternique Patris Filius, perfectus Deus, & perfectus homo? Et quando hoc poſuit fundamentum, niſi cum ſuos interrogauit diſcipulos dicens. quem dicunt homines eſſe filium hominis? Et illi reſpondentes dixerunt, alij Heliam, alij Hieremiam, aut vnum ex Prophetis; quibus ille reſpondit, vos autem quem me eſſe dicitis? cui Petrus, Tu es Chriſtus Filius Dei viui; ad quem ille, Beatus es Simon Bar Iona, quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus, qui in Cœlis eſt; Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram (quam ſcilicet cõfeſſus es ore, & corde; Matth c.16.

de;petra autem illa erat Chriſtus)ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum,& quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in Cœlis, & quodcunqe ſolueris ſuper terram.erit ſolutum, & in Cœlis. In quibus ſanè verbis quis non videt, clarèque non cognoſcit filium Dei declaraſſe,atque conſtituiſſe caput, ac principem Eccleſiæ ſuæ sãctæ vnum ex omnibus alijs ſuis Apoſtolis Petrũ,quem voluit eſſe Vicarium ſuum, atque Pontificem Maximum in toto orbe terrarum, ac ſummum aliorum omnium paſtorem? Cui quis non videt, ac non intelligit Chriſtum Dominum communicaſſe nomen ſuum? hoc eſt nomen petræ, vt ſicut ipſe eſt petra,vt inquit D. Paulus, petra autẽ erat Chriſtus, ita & Petrus dicit̃ petra, & fundamẽtũ Eccleſiæ,ſup qđ Eccleſiaſtici ædificij altitudo cõſurgit.vnde D. Hieron. exponẽs verba Chriſti ſup narrata,dicit in laudẽ Petri.
D.Hieron. ſicut.n. Chriſtus Apoſtolis lumẽ donauit,vt lumẽ mundi appellarentur, dicens, Vos eſtis lux mundi, ita & Simoni, qui credebat in petram Chriſtum, Petri largitus eſt nomen.Hilarius etiam interpretatur ſic; Eſt autem in nuncupatione noui nominis fœlix Eccleſiæ funda-
D. Hilar. mentum, dignaque ædificatione illius petræ, quę inferorum leges, & tartari portas, & omnia mortis clauſtra diſſolueret. Conſurgit ergo hæc altitudo ſpiritualis ędificij,primò ſuper veram petram,quæ eſt Chriſtus;ſecundò verò ſuper petrum,qui eſt vt diximus,itidem petra; atq; etiam ſuper fidem, quam idemmet Petrus profeſſus eſt coram omnibus condiſcipulis ſuis, quando dixit,Tu es Chriſtus filius,&c. veram confeſſionem ſuam ijſdemmet verbis liberè factam. Ob quam Dominus illum in ſummum Sacerdotem elegit, cum illi præcipuè dederit pro omnibus claues regni cœlorum, & petram

ſolum

ſolum nuncupauerit, ſuper quam dixit ſe ædificaturum eſſe Eccleſiam ſuam, & oraſſe, ne ipſius fides vnquam deficiat. Chriſtus igitur eſt fundamentum primum, atque præcipuum omnium fundamentorum, de quo beatus Petrus loquens, ſic ait; Ecce pono in Syon lapidem ſummum, angularem, probatum, electum, præcioſum, & qui crediderit in eum, non confundetur; vobis igitur honor credentibus, non credentibus autem lapis, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli, & lapis offenſionis, & petra ſcandali ijs, qui offendunt verbo, nec credunt in quo, & poſiti ſunt. Petrus autem ſecundarium eſt fundamẽtum ſuper primum, ideſt ſuper Chriſtum collocatum, firmatum, atque ſtabilitum. Sed numquid, & alij Apoſtoli fundamenta dici poſſunt? immo, & ipſi ſunt fundamenta quodammodo, de quibus quidem fundamentis dixit diuinus propheta Dauid; Fundamenta eius, ideſt Eccleſiæ, in montibus ſanctis, hoc eſt in fide, & doctrina Apoſtolorum Chriſti fundata eſt ſancta mater Eccleſia, & ſuper articulos ab ipſiſmet Apoſtolis factos, ſed primò, & præcipuè ſupra veram petram angularem, Chriſtum. Vnde, & in eodem pſalmo de illa dicitur, Glorioſa dicta ſunt de te Ciuitas Dei. de qua quidem ciuitate inquit Apoſtolus, Eccleſia Dei viui columna, & firmamẽtum veritatis. Et alibi ſic legitur de eadem. Fundamenta militantis Eccleſiæ in montibus ſanctis propheta rememorans, per montes Apoſtolos, & Prædicatores patenter inſinuat, quibus tota huiuſmodi ædificij fabrica confidenter innititur, qui firmæ baſes Eccleſiæ ſuper fundamento, præter quod nemo aliud ponere poteſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, veluti ſummo angulari lapide ſolidantur, vt veritas, quæ antea legis, & prophetarum præconio vehebatur, per Apoſtolicam

Luc. cap. 22. Chriſtus eſt fundamẽtũ Eccleſiæ. 1. Pet. c. 2.

Petrus eſt ſecũdariũ fundamentum. Apoſtoli etiam ſunt fundamenta. Pſal. 86.

1. Timoth. c. 3.

Lib. 6. de elect. c. fundamenta.

tubam in ſalutem vniuerſitatis exiret, ſicut ſcriptum eſt, in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Et infra. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, vt æterni tẽpli ſtructura Deo ædificante conſtructa mirabili munere gratiæ Dei in Petri conſiſteret firmitate. ex quo clarè patet, quòd petram vocat firmitatem fidei in ipſo Petro. De quo alibi ſic legitur. Vt qui ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum, & qui ſe interrogationis tentatione mutauerat, cæteros fidei ſtabilitatem fundaret. Denique pro ſoliditate deuotionis Eccleſiarum petra dicitur, ſicut ait Dominus, tu es Petrus, &c. petra enim dicitur, inquit D. Ambroſius, eò quòd primus in nationibus fidei fundamentum poſuerit, & tãquam ſaxum immobile totius operis Chriſtiani compagem, molemquè contineat. Et D. Cirillus libro theſaurorum ait, Eccleſia Apoſtolica Petri, ab omni ſeductione, & hæretica cõuentione immaculata manet ſuper omnes Pontifices, & Epiſcopos, & ſuper omnes primates Eccleſiarum, & populorum, in ſuis Pontificibus, in fide pleniſſima, auctoritate Petri; & cum aliæ Eccleſiæ quorundam errorum ſint tabe verecundatæ, ſtabilita inquaſſabiliter ipſa ſola regnat, ſilentium imponens, & omnia obturans ora hæreticorum. Ex quibus verbis manifeſtatur optimè Petrum inſtitutũ fuiſſe vniuerſalis Eccleſiæ Pontificem Maximum. Qui ſicut tempore paſſionis ter negauit Chriſtum, ſic ab eo ter fuit interrogatus poſt paſſionem, reſurectionemquè ſuam, an ipſum diligeret; cui cum ter quoque reſpondiſſet ſe illum amore proſequi, ille ſubiungens dixit illi tribus vicibus, paſce oues meas. quarum triplex eſt ſtatus, vnus incipientium, ſecundus proficientium, & tertius perfectorum, quos omnes reliquit Dominus Petro,

Pſal. 18.

50. Diſtinct. c fidelior.

D. Ambroſ. hom. ſua per eadem verba.

D. Cirillus.

tan-

tanquam eorum paſtori præcipuo paſcendos verbo, & exemplo. Incipientes, tanquam agni nouelli non alio indigent cibo, niſi lacte verbi Dei; vnde ijs dum loqueretur Apoſtolus Paulus dicebat; non potui vobis loqui ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam, nondum enim poteratis, ſed nec nunc quidem poteſtis. Cur hoc? niſi quòd incipientes non vinculis, ſed blanditijs potius ſunt trahendi ad ſalutem? Proficientes verò ſolidioris cibi ſunt capaces, & fortiores ſunt ad augmentum virtutum. verùm eorum nonnullos redarguit Paulus Apoſtolus dum ait; cum deberetis magiſtri eſſe propter tẽpus, rurſum indigetis, vt vos doceamini quæ ſunt elementa exordij ſermonum Dei, & facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo. omnis enim, qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermonis iuſtitiæ, paruulus enim eſt. Sed cur hoc dicit D. Paulus? quia deficiunt, nõ proficiunt, qui proficere tenentur. Tertij autem qui perfecti appellantur, ſunt tanquam oues fœcundæ, quia fructus multiplices afferunt, lac ſcilicet, lanam, caſeum, & cætera huiuſmodi bona; vnde de illis ſic dicit Apoſtolus; Perfectorum eſt ſolidus cibus, eorum, qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni, & mali. hi afferunt, vt dicebam, lac; & ideo D. Petrus, cum de eis loqueretur, hæc dixit, Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias, & omnes delectationes, ſicut modò geniti infantes rationabiles, ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem, ſi tamen guſtaſtis, quoniam dulcis eſt dominus. Lanam itidem habeat bonorum operum, & laborum, quæſiuit lanam, & linum (inquit Salomon de illis metaphoricè loquens) & operata eſt conſilio manuum ſuarum, &c. Caſeum inſuper habent, memo-

Tres ſtatus in Eccleſia.

1. Cor. c. 3.

Hebr. c. 5.

1. Pet. c. 2.

Prou. c. vlt.

Digitized by Google

Iob.c.10. riam ſcilicet, conditionis humanæ, de qua beatus Iob ſic inquit, memento quæſo, quòd ſicut lutum feceris me,& in puluerem reduces me,nonne ſicut lac mulſiſti me,& ſicut caſeum me coagulaſti? habent tandem gemellos, hoc eſt ſpirituales filios, quos ſpiritualiter generant, & in gremio ſanctæ matris Eccleſiæ militantis reponunt, ut & ipſi participes fiant regni cœleſtis, de
Gal.c.4. quibus dicebat Apoſtolus, filioli mei, quos iterum par-
1.Cor.c.4. turio, & alibi, Non ut confundam uos hæc ſcribo, ſed ut filios meos chariſſimos moneo, nam in Chriſto Ieſu per Euangelium vos genui. Adhæc dicimus triplicem eſſe ſtatum ſaluandorum, ſcilicet coniugatorum, continentium,& virginum, quos quidem omnes alēdos ſpiritualiter,& paſcendos reliquit Dominus Petro, quando tribus vicibus dixit illi, Simon Ioannis amas me? paſce oues meas; ac ſi dixiſſet, ſit amoris officium paſcere Dominicum gregem, ſicut fuit timoris inditium negare paſtorem. At quid eſt paſcere Dominicum gregem, niſi credentes in Chriſto confortare, ne deficiant? terrena ſubſidia, ſi neceſſe fuerit, ſubditis prouidere, & exempla virtutum cum verbo prædicationis impendere, aduerſarijs obſiſtere, errantesque ſubditos paterno amore corrigere? Eximius Apoſtolorum erat Petrus,& os diſcipulorum,& vertex collegij Apoſtolici, vnde negatione deleta illi committit fratrum prælationem, & negationem illi minimè exprobrat, ſed dicit, ſi diligis me, paſce oues meas, atque feruentem amorem, quem hucuſquè per omnia ſatis clarè demonſtraſti, poſthac oſtende,& animam, quam dixiſti te poſiturum eſſe pro me, da, cum opus fuerit, pro fratribus tuis, qui ſunt oues meæ. Cum tribus vicibus interrogaſſet Dominus Petrum, & illi dixiſſet tertiò paſce oues meas, tàm illi, quàm cæteris fidelibus ſuis demonſtrauit ſatis apertè, quanti

quanti faciat prælationem ouium ſuarum, quas maximo ſemper eſt proſecutus amore. paſce, ait illi, oues meas, paſce docendo, paſce corrigendo, paſce operando, paſce monendo; paſce, ideſt, fide illumina, charitate inflamma, ſpe corrobora. Ter Petrus negauit in nocte, terq; confeſſus eſt in die; ter perteruit illum timor in tenebris, terquè amor in luce illum corroborauit; tertio interrogatur de dilectione, tertio confitetur, ac tertio ei præcipitur, ut paſcat Domini gregem diuiſum in tres gradus viuentium, ut paulò ante declaratum eſt. Gregorius Pontifex ille maximus, atque ſanctiſſimus loquens de beato Petro Apoſtolorum Principe, ait in quadam Homilia de reſurectione Domini. Conſiderandum eſt nobis cur omnipotens Deus, quem cunctæ Eccleſiæ præferre diſpoſuerat, ancillæ voce pertimeſcere, & ſe ipſum negare permiſerit. quod nimirum magnæ actum pietatis diſpenſatione cognoſcimus, ut is, qui futurus erat paſtor Eccleſiæ, in ſua culpa diſceret, qualiter alijs miſereri debuiſſet; prius itaque oſtendit eum ſibi, & tunc præpoſuit cæteris, ut ex ſua infirmitate cognoſceret, quàm miſericorditer alienam infirmitatem toleraret. Et D. Ambroſius de eodem quoque uerba faciens, ait; fidelior factus eſt Petrus poſtquam fidem ſe perdidiſſe defleuit, atque ideo maiorem gratiam reperit, quàm amiſit, tanquam enim bonus Paſtor tuendum gregem accepit, ut qui ſibi ante infirmus fuerat, fieret omnino firmamentum, & qui ſe interrogationis tentatione mutauerat, cæteros fidei ſtabilitate firmaret. Itidem ſermone de Pœnitentia Petri, ſubiungit; Cum tertiò interrogaretur à Domino, Simon amas me? reſpondit tertiò, Domine, tu ſcis, quia diligo te; ait Dominus, paſce oues meas, & hoc tertiò, quod quidem dictum ad compenſationem prioris profecit erroris, qui enim

D. Gregor. Diſtinct. 50. c. conſiderandum.

D. Ambr.

enim Dominum tertiò negauerat, tertiò confitetur; & quoties culpam delinquendo contraxerat, toties gratiam diligendo conquirit. videte ergo quantum fletus profuerit Petro, antequam enim fleret lapſus eſt, poſtquàm fleuit electus eſt, & ante lacrymas præuaricator extitit, poſt lacrymas paſtor aſſumptus eſt, & alios regendos accepit, qui prius ſe ipſum non rexit. Hilarius quoque libro ſexto de Trinitate, pluribuſquè alijs locis huic inſtituto noſtro ſatis apertè adminiculatur dicẽs; ò miſeræ ſtultitiæ furor impius, non intelligens beatæ ſenectutis, fideiquè martyrem, & martyrem Petrum, pro quo pater rogatus eſt, ne fides eius deficeret in tẽtatione, qui iterata à ſe dilectionis in Deum poſtulata profeſſione, tentari ſe adhuc, tanquam ambiguum, & incertum tertia interrogatione congemuit, per id quoque à Domino poſt tertiam tentationis purgationem, paſce oues meas ter meritus audire, qui in cunctorum Apoſtolorum ſilentio, Dei filium reuelatione patris intelligens, ultra humanæ infirmitatis modum, ſupereminentem beatæ fidei ſuæ confeſſione locum promeruit. D.Gregorius inſuper in Regiſtro, Epiſtola 32. Fatetur Petrum omnium Apoſtolorum principem inſtitutum fuiſſe, & ait; Cunctis Euangelium ſcientibus liquet, quòd voce dominica ſancto, & omnium Apoſtolorum principi Petro Apoſtolo totius Eccleſiæ cura cõmiſſa eſt, ipſi quippe dicitur, Petre amas me? paſce oues meas; ipſi dicitur, ecce ſathanas expetiuit, ut cribraret vos ſicut triticum, & ego rogaui pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos; ipſi dicitur, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram,

D.Hilar. 6. de Trinit.

D. Gregor. Epiſt. 32.

ram, erit ſolutum, & in cœlis. Sanctus quoque Augu- ſtinus hæreticorum maleus ſermone 124. de tempore affirmat, Petrum, & caput Eccleſiæ eſſe, & verticem membrorum, & ipſam confeſſionis Chriſti crepidinem, & immobile fidei fundamentum, & ſibi claues Eccleſiæ, innumeramquè populorum multitudinem à Chriſto fuiſſe commiſſam; cuius D. Auguſtini verba ſunt hæc. Credendæ erant Petro Apoſtolo claues Eccleſiæ, immo concreditę ſunt ei claues regni cœlorum; credenda quoq; ea erat populorum innumera multitudo, quæ eſſet pro ſuæ naturæ uitio, paſſionibus, & culpis inuoluta, atque peccatis. denique ſic ad eum Saluator dicit, Tibi dabo claues regni cœlorum; deinde ſequitur dicens, Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata, & in cœlis; videlicet ut in clauibus fidelis ianitor, & in ſententijs eſſet clementiſſimus diſpenſator. Erat enim re uera hic Petrus paulò durior, & ſeuerus, ſicut eius auſteritatem truncata ob Chriſti iniuriam, ſerui principis ſacerdotum declarat auricula. Hic igitur tàm durus, tàmquè ſeuerus, ſi donum non peccādi à Domino fuiſſet adeptus, quæ venia commiſſis populis donaretur? ſed idcirco diuinæ prouidentiæ ſecretum ita temperauit, atque permiſit, ut primus ipſe laberetur, ac rueret in peccatum, quo erga peccantes duriorem ſententiā proprij caſus intuitu temperaret. Quantum igitur diuini muneris erga ſalutem hominum, quantum curæ, quantumquè ſollicitudinis impēdatur, aduertite; totius corporis morbum in ipſo capite curat Eccleſiæ, & in ipſo vertice componit membrorum omnium ſanitatem, in ipſa confeſſionis Chriſti crepidine, in ipſo immobili fidei fundamento, in Petro ſcilicet illo, qui dixerat, etiam ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Hæc D. Auguſtinus. D. Hieronymus etiam aduerſus Iouinianum

S. Auguſt. ſerm. 124. de temp.

D. Hieron. adu. Iouinianum.

num libro primo eiuſdem fuit ſententiæ; ibi enim poſtquam Iouiniano obiecit, quòd ſuper Petrum fundatur Eccleſia; Reſpondet, quòd licet idipſum in alio loco ſuper omnes Apoſtolos fiat, tamen inter duodecim unus eligitur, ut capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio. Hoc idem confirmat Leo Papa ſanctiſſimus ſermone tertio De Pontificiæ aſſumptionis ſuæ anniuerſario, ubi ſic ſcribit; De toto mundo unus Petrus eligitur, qui & uniuerſarum gentium uocationi, & omnibus Apoſtolis, cunctiſq; Eccleſiæ patribus præponatur, ut quãuis in populo Dei multi ſacerdotes ſint, multiquè paſtores, omnes tamen regat Petrus, quos principaliter regit, & Chriſtus. Hanc tandem ueritatem tuetur D. Chryſoſtomus hom. 55.& 87. Super Ioannem. cui ſubſcribunt Euſebius lib. 2. cap. 14. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. Et Cirillus, & Origenes ſuper initium Euangelij D. Ioannis, & Theophilatus in explicatione illius loci D. Lucæ, Domine ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes? & D. Baſilius libro 2. aduerſus Eunomium. & D. Dionyſius, & omnes denique Patres. Hinc factum eſt, quòd in Florentino Concilio, & Græci, & Armeni Doctores tunc ibi præſentes, priſtinis relictis erroribus, omnes unanimiter Romanæ Eccleſiæ ſe ſupponendo ſubiunxerint; Difinimus ſanctam Apoſtolicam fidem, & Romanum Pontificem in uniuerſum orbem tenere primatum; & ipſum Romanum Pontificem ſucceſſorem eſſe B. Petri principis Apoſtolorum, & uerum Vicariũ Ieſu Chriſti, totiuſq, Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem, & doctorem exiſtere; & ipſi in B. Petro paſcendi, regendi, & gubernandi uniuerſam Eccleſiam à Domino Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum, & in geſtis Oecumenicorum Conciliorum, & in Sacris Canonibus continetur. Poterant

S. Leo Papa.

D. Chriſoſt. & alij.

Conc. Flor.

Digitized by Google

terant nè clarius id confiteri? non equidem. Confundantur igitur aduerſarij omnes, percutienteſquè pectora ſua reuertantur ad lucem, & ſummum Pontificem in Petro inſtitutum à Domino noſtro Ieſu Chriſto agnoſcant, & confiteantur. Sed fortaſſe huius veritatis inimici opponent de geſtis Petri in Samaria, quò per Apoſtolos miſſus eſt, vt refertur in libro actuum Apoſtolorum capite octauo. & exinde moliuntur aduerſarij, Petrum nullam ſuper alios habuiſſe iuriſdictionem, ſuperioris namque munus eſt alios mittere, non mitti ab alijs. Cui obiectioni facilè occurret quiſquis animum diligentius intendet, cognoſcetquè id non ſolum non officere nobis, ſed prodeſſe magis, & apertiſſimum eſſe pro Petri auctoritate teſtimonium; negotium enim illud pro quo miſſus fuit vehementer arduum erat, tùm propter Simonem illum magum, qui populos deceperat ſuis artibus, & præſtigijs multis, ita vt crederent omnes in illum, à minimo vſque ad maiorem, appellarentquè Dei virtutem quæ vocatur magna; tùm etiam propter Chriſti verba, quibus Apoſtolis prædixit in Samaria ſibi teſtes futuros: Et quamuis Philippus prædicationibus ſuis Samaritanos illos conuertiſſet ad fidem, non potuerat tamen eis ſigno viſibili conferre Spiritum Sanctum; neceſſaria igitur fuit præſentia Petri. Quid enim ſi magnitudo negotij præſentiam Summi Pontificis poſtularet? derogaret ne quicquam illa profectio auctoritati ſuæ? non equidem; nam nec Pio Secundo aduerſus Turcas expeditionem parante, ſic conſulentibus Cardinalibus omnibus obfuit ſua præſentia, immo potius auxit Pontificiam maieſtatem, moles enim negotij præſentiam tantæ poteſtatis poſtulabat. Similiter igitur ex hoc quòd Petrus miſſus eſt in Samariam, non ſolum non derogauit auctoritati ſuę miſſio illa, ſed ma-

Actu. 8.

Miſſio Petri in Samariā nō derogat ſuæ auctoritati.

gis eius amplitudinem innoteſcere fecit, quia non fuit miſſus, vt inferior à ſuperiore, ſed vt ſuperior conſultus, & exhortatus ab inferioribus. Inſuper fuit miſſus, vt ipſe tanquam caput, & princeps ijs, qui à Philippo fuerãt baptizati manus imponẽs traderet Spiritum Sanctum. Tertiò fuit miſſus, vt Simonem illum magum inſignẽ, qui tot deceperat animas, quique pecunia quærebat emere donum Spiritus Sancti reprimeret, confunderetquè, & ad veniam poſtulandam induceret, vt fecit poſtea. Ex his igitur, quæ hucuſquè ſunt à nobis breuiter dicta, liquet clarè beatum Petrum inſtitutum fuiſſe nedum Romanæ vrbis, verum etiam totius orbis principem, atque paſtorem maximum, ſummumquè Pontificem vniuerſi populi Chriſtiani.

De Pontificis Maximi electione, atque Conſecratione,

Tractatus Quintus.

MVlti multa de modo, & forma eligendi ſummũ Pontificem ordinauerunt, ſtatuerunt, & decreuerunt temporibus antiquis. Nicolaus autem Papa Secũdus ſtatuit, quòd eiuſmodi electio tractaretur in primis à Cardinalibus Epiſcopis, qui mox decem Cardinales adhibeant; reliquuſquè præterea Clerus ſimùl cũ populo ad conſenſum nouæ electionis accedat; caueatquè omnino, ne venalitatis morbus aliqua occaſione ſubrepat; ſintquè religioſiſſimi viri præduces in promouenda Pontificis electione, reliqui autẽ ſequaces. quod quidem intelligi debet tãtùm de Cardinalibus in collegio. S. R. E. exiſtentibus, & non de laicis nullam habentibus actionem in huiuſmodi ſacra electione. At ſi

Diſtinct. 23. c. in nomine.

Cardi-

Cardinales in dicta electione diſcordarent, quid agendum eſſet? Ille abſque vlla exceptione Romanus Pontifex ab vniuerſali Eccleſia habendus erit, qui à duabus partibus canonicè eſſet electus, atque receptus; aliter verò electus, ſeu receptus, ac etiam illi omnes, qui aliter electionem fecerint de alio, vel receperint aliũ modo ſupradicto non electum, excommunicationem ſe incurriſſe intelligant, & ſimul cum Dathan, & Abiron portionem accipiant, quos viuos terra abſorbuit. Aliud de electione Romani Pontificis ſtatutum extat in Cõcilio Lugdunenſi factum, vbi Gregorius Decimus multa Conſtitutionibus prædeceſſorum addens, ſacro approbãte Concilio, nonnullas leges ordinauit, quas Magiſter Alphonſus Ciaconius de vitis, & geſtis Pontificum redegit ad numerum duodenarium in vita ipſius Gregorij. quo tempore nequaquam (vt vſus poſtea inualuit) Cardinales intra conclaue includebantur, ſed Sede vacante pro futuri Pontificis creatione, ſummo mane ſingulis diebus, ſi Romæ erant, Laterani, vel in Baſilica Vaticana, aut alibi, vt occaſio erat; ſin verò extra vrbem, in cathedrali eius ciuitatis templo, in qua tunc commorabantur, vnà conueniebant. hinc inter Patres aliquando diſcordiæ, & diſſenſiones oriebantur, ob quas Pontificis creatio protrahebatur in magnum totius Reipublicæ Chriſtianæ damnum, cui remedium afferre cupiens dictus Gregorius Decimus leges tulit, quæ proceſſu temporis paululum varietate in hãc propemodum formam ex vſu redactæ ſunt.

Extr. de elect. c. licet.

Lib. 6. de elect. c. ubi periculum Clem. 1. tit. 3. de elect. & electi poteſt.

Præcipuæ leges, quæ in comitijs Romani Pontificis ſeruari debent.

1 VT noui Pontificis comitia habeantùr loco idoneo, vbi Pontifex præcedens, cum ſua curia Leges Conclauis.

 reſidens,

reſidens, cauſarumquè, & litterarum Apoſtolicarum audientiam habens, mortuus fuerit. Quòd ſi in villa, pago, aut oppido obierit, & propterea commodè ibidē comitia haberi nequierint, in vrbe in cuius diœceſi villa, pagus, vel oppidum fuerint, habeantur, niſi interdicta ſint. Quo caſu in proximiore vrbe non interdicta, ipſa electio fieri debet: ſi verò ipſa audientia alio loco fuerit, tunc non vbi Papa obierit, ſed vbi eadem audiētia fuerit, futuri Pontificis creatio habeatur: Gregorius Decimus, & Clemens Quintus.

2. Vt mortuo Pontifice comitia non habeantur, niſi ad minus decem dierum ſpatio interiecto, quo tempore, & Cardinales abſentes expectari, & nouemdialia de mortui Pontificis per Cardinales præſentes celebrari debent.

3. Vt Cardinales omnes quauis ratione à conclaui abſentes, nullum ferendorum ſuffragiorum ius habere poſſint.

4. Vt non ſolum Cardinales abſentes, ſed & omnes cuiuſuis ordinis, & conditionis homines in Romanum Pontificem creari poſſint.

5. Vt finitis nouemdialibus, ſacriſquè die decimo ritè ſancto Spiritui factis, omnes Cardinales, qui adſunt (ſiue abſentes venerint, ſiue non) in palatio, quo mortuus Pontifex habitabat, loco tuto vndiquè cluſo, ac optimè cuſtodito, quod conclaue vocant, recludantur, cum duobus tantùm, vel vt nunc conſuetudo eſt, tribus, aut quatuor famulis, qui eis neceſſaria ſubminiſtrent, quo in loco comitia habeantur. Nec alicui præterea fas ſit locum ingredi, vel egredi niſi infirmitatis cauſa, certiſquè quibuſdam hominibus, quorum opera in conclaui exiſtentibus, maximè eſt neceſſaria. is porrò locus Conclauis nullum intermedium parietem habeat, ſed

omnes

omnes Cardinales in cellulis ſuis, laneis diſtinctis pannis ipſum inhabitent in communi.

6. Vt locus, & portæ conclauis diligentiſſimè cuſtodiantur, ſi Romæ electio habeatur primùm à prætorianis, deinde à Regulis Romanis, & Oratoribus Principum ſacramento prius aſtrictis, demum in loco oſtio conclauis proximiore ab Epiſcopis, & Conſeruatoribus vrbis. Si autem extra vrbem comitia hæc habeantur, à loci eiuſdem dominis temporalibus, eodem iuramento fidelitatis obligatis. Quorum munus eſt Conclaue cuſtodire, & diligenter cauere, ne quid conclaui inferatur, ſeu exportetur, quo minus legitima ſuffragia ferri poſſint, atque ſingula ſcrutari, quæ vel ſibi, vel alterius rei cauſa inferuntur ad eos, & prouidere, ne quid detrimenti patiantur Cardinales, omnibuſquè ipſorum nutibus præſto eſſe, Milites verò prætoriani, ac Reguli Romani conclaue ab omni impreſſione tutum reddere debent.

7. Vt Cardinales conclaui egredi nulla ratione poſſint, niſi Romano Pontifice creato.

8. Vt Cardinalibus venientibus, poſt ingreſſum conclauis, & ante Papæ creationem, poteſtas ſit conclaue ingredi, & cum cæteris ſuffragia ferre, nulluſquè Cardinalis quauis occaſione, aut prætextu, etiam excommunicationis vinculo innodatus, ab electione ipſa arceri poſſit.

9. Vt poſt triduum ingreſſus Conclauis, niſi Pontifex renunciatus fuerit, Epiſcopi, cum Regulis Romanis, & his qui conclauis cuſtodiæ præſunt, maximam in epulis, & cibis, quæ Cardinalibus inferuntur, rationem habeant, & illis non niſi ferculum vnum inferri permittant.

10. Vt in comitijs habendis ſub anathematis pœna nulli

nulli fas ſit, aut largitione vti, aut quicquam polliceri, ſiue ambiendo animos Cardinalium ſibi in noua creatione deuincere. Quo interim tempore Cardinalibus nulli alij negotio vacandi ius, poteſtaſquè ſit, quo electio maturetur.

11. Vt nemo Romanus Pontifex renuntiari poſſit, niſi duarum partium ex tribus Cardinalium in conclaui præſentibus integra ſuffragia tulerit.

12. Vt mortuo Romano Pontifice omnes Eccleſiaſtici Magiſtratus, & officia ſtatim ceſſent, atque à muneribus ſuis vacent, præter pœnitentiarium maiorem, minoreſquè, & Camerarium. S.R.E. quorum munera etiam mortuo Papa perdurant. Ex lib. 6. Decretalium Bonifacij Papæ Octaui lib. 1. tit. 6. de electione, & electi poteſtate cap. 3. Vbi periculum. item lib. Clementinarum primo tt. 3. de electione, & electi poteſtate. cap. Ne Romani. De huiuſmodi electione ſummi Pontificis Iulius II. Paulus IV. & Pius IV. Conſtitutiones promulgarunt; ſed his temporibus Gregorius XV. ſubſequentem Conſtitutionem à DD. Cardinalibus iuratam edidit de modo, & forma eligẽdi Romanum Pontificem, quam licuit ponere in hoc tractatu noſtro, vt quæ de recenti emanata ſunt, omnibus innoteſcant.

Bulla Gregorij XV. de electione Rom. Pont.

GREGORII PAPAE XV.

Conſtitutio, de electione Romani Pontificis.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,

Ad perpetuam rei memoriam.

AEterni patris filius, magiſter, & legislator noſter Chriſtus Dominus, cuius omnis actio, noſtra eſt

eſt inſtructio, licet portaret omnia verbo virtutis ſuæ, nec eſſet quicquam abſconditum ab oculis eius, tamen priuſquam ad Apoſtolatus munus duodecim Apoſtolos eligeret, & nominaret, quod aliàs vnquam feciſſe in ſcripturis non legimus, pernoctare voluit, in oratione Dei: & antequam B. Petro ouium ſuarum curam committeret, tertium repetita interrogatione, trinam extare æterni amoris eius profeſſionem: nos ſcilicet erudiẽs quanta diligentia, cautione, & cura in omnium Paſtorum electione ad niti debeamus, vt boni eligantur, & fideles, præſertim verò in B. Petri ſucceſſoris, qui Orbis eſt lumen, Doctor gentium, & Paſtor Paſtorum. Quapropter ſatis etiam admonemur nihil eorum, quæ ad electionis Romani Pontificis negocium cautius, & melius tranſigendum conducunt, ommitti debere: ſalus enim non vnius membri, ſed totius corporis agitur, cum de capite conſulitur. Igitur & ſi diuerſis fel. rec. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, & ſanctorum Patrum decretis ſalubriter prouiſum eſt, ut eius electio ritè, & rectè peragatur, & in ea non caro, & ſanguis, aut humana ſapientia, quæ ſtultitia eſt apud Deum, dominetur, ſed Spiritus ſancti gratia omnia dirigantur, & gubernentur: nihilominus, vt dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam, experientia compertum eſt ſalubriori remedio locum non deeſſe. Nos igitur, quos poſuit Dominus, licet nullis ſuffragantibus meritis, regere Eccleſiam ſuam, ne in extremo die prætermiſſi officij in re tanti momenti à nobis ratio à diſtricto Iudice exigatur, quod multorum etiam votis, & poſtulationibus multum expetitum eſt, ſancti Spiritus adſpirante gratia, faciendum decreuimus. Matura itaque cum venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione habita, de

eorum-

eorumdem Fratrum conſilio pariter,& aſſenſu,hac no-
ſtra perpetuò valitura Conſtitutione,ſtatuimus,decer-
nimus,& declaramus in poſterum electionem Romani
Pontificis fieri aliter non poſſe,quàm in Conclaui,&
eo clauſo, ac poſt celebratum in eo prima die ſacroſan-
ctum Miſſæ ſolitum ſacrificium,cui Cardinales intereſ-
ſe,& in eo communicare conſueuerunt, ac per ſecreta
ſchedularum ſuffragia duarum ex tribus partibus Car-
dinalium,in Conclaui præſentium, præterquam ſi om-
nes,& ſinguli Cardinales ſimiliter in Conclaui præſen-
tes,nemine diſſentiente, aliquibus ex eorundem Col-
legio Cardinalium committerēt eligendi poteſtatem,
vt vice omnium Eccleſiæ Catholicæ prouiderent de
Paſtore: aut niſi communiter ab omnibus, & ſingulis
Cardinalibus,qui itidem in Conclaui præſentes erunt,
nemine pariter diſsentiente, quaſi per inſpirationem,
nullo præcedente de perſona ſpeciali tractatu, per ver-
bum ELIGO, intelligibili voce prolatum,aut ſcripto,
ſi voce fieri non potuerit, expreſsum, fuerit celebrata.
Numerum autem ſuffragiorum duarum ex tribus par-
tibus Cardinalium in conclaui præſentium, ut electio
per uiam ſcrutinij, ſiue ſcrutinij, & acceſsus ualida ſit,
decernimus, & declaramus ita eſse cenſendum, ut in
duabus tertijs partibus ſuffragium electi non numere-
tur,nec quiſquam ſiue ſcrutinij, ſiue ſcrutinij, & acceſ-
ſus, ſiue compromiſſi via procedatur, ſe ipſum eligere,
ſeu ſuffragium ſibi dare ullatenus poſſit: Electi tamen
perſona, ſi in conclaui ſit, debeat in numerum Cardi-
nalium computari. Rurſus nemo per uiam ſcrutinij, ſeu
ſcrutinij, & acceſsus habeatur pro electo, niſi publica-
tis omnibus ſuffragijs,& electi, ſi numerum tãtummo-
do duarum ex tribus partibus habuiſſe compertum ſit,
etiam ſchedulis apertis. Ac ſi contingat plures in ſche-
dulis

dulis nominatos, duas tertias partes ſuffragiorũ tuliſ-ſe, in ſuffragiorum paritate neuter ſit electus, in imparitate verò, qui numero ſuffragiorum ſuperior erit, dũmodo duas tertias partes, etiam in vna ſuffragio excedat, electus cenſeatur. Inſuper in vno quoq; ſcrutinio anteqnam ſchedula in calicem mittatur, à quolibet Cardinale iuramentũ alta, & intelligibili voce fiat his verbis. TESTOR CHRISTVM DOMINVM, QVI ME IVDICATVRVS EST, ME ELIGERE QVEM SECVNDVM DEVM IVDICO ELIGI DEBERE, ET QVOD IDEM IN ACCESSV PRAESTABO. Et hoc iuramentum à nullo ommittatur. Suffragiorum autẽ ſchedulæ huiuſmodi tàm ſcrutinij, quàm acceſſus, vbi fieri potuerit, impreſſæ omnino eſſe debeant, vbi non potuerit, vnius tantum manu ſcriptæ ſint, ita videlicet, vt tàm impreſſæ, quam ita ſcriptæ, ea omnia, quæ in ſchedulis huiuſmodi exprimi ſolent, contineant, præter ſola nomina, ſeu denominationes eligentis, & electi, & infraſcripta ſigna, quæ oĩa manu eiuſdem eligentis ſcribantur: & nomen quidem eligentis in prima parte ſchedulæ, electi verò in ſequẽti; & rurſus electi, quantum fieri poterit, charactere alterato, ita vt cognoſci non poſſit: eaq; ſchedulæ pars, in qua erit eligentis nomen claudatur, ac ſigillo ad hoc parato, ac ſecretè habito, non autem eo quo quiſq; vti ſolet, obſignetur. Vt autem videri poſſit, ne qui alicui acceſſit, eidem in ſcrutinio ſuffragium dederit, ſchedulæ omnes duobus alijs ſignis in vltima parte ſignentur, numero nempè aliquo, & breui dicto ſcripturæ, vel alio huiuſmodi; quæ ſigna in vtraq; ſchedula tàm ſcrutinij, quàm acceſſus eadem ſint. Poſtea verò pars illa ſchedulæ, vbi hæc ſigna erunt, etiam complicetur, & obſignetur, ne à ſcrutatoribus videri poſſit, niſi poſt-

quam fuerit per ſcrutinium, & acceſſum electio perfecta; quo caſu ſchedulæ acceſſus à ſcrutatoribus ea parte, vbi duo prædicta ſunt ſigna, aperiantur, iiſq; inſpectis, & earum ſigillis, aliæ ſchedulæ cum ijsdem ſignis notatæ, & in ſcrutinio datæ reperiantur, vt videlicet an duo hæc ſigna, & ſigillum eadem ſint cognoſcatur, & inde duo ſuffragia ab eodem Cardinali vni data non fuiſſe appareat. At ſi inter ſchedulas ſcrutinij nulla reperietur ijſdem ſignis notata, quibus ſchedula acceſſus ſignata erit, aut ſi quis eidem acceſſerit, quem in ſcrutinio nominauerit. vtroq; caſu ſuffragium acceſſus nullum ſit. Subſcriptio autem, ſeu nomen eligentis reſignari non poſſit, niſi cōtingat, vt ſigillum, & alia duo prædicta ſigna ſint eadem cum ſignis, & ſigillo alicuius alterius Cardinalis, aut alia difficultate cogente.

Quod autem attinet ad nomen electi, illud eo modo à Cardinalibus ſcribatur, quomodo in folio impreſſo, vbi in conclaui notari ſuffragia ſolent. Præterea, vt ſecretò cautius conſulatur, ſchedulæ ſuffragiorum conficientur, vna ſeu pluribus in menſis, in media Capella conſtitutis, ita à Cardinalibus remotis, & circumſeptis, vt quid ſcribatur ab alijs videri nō poſſit. Si q̄s verò ad menſam accedere, impeditus valetudine non poterit, is ſuffragium ſuum loco ſuo ſecretè conficere debeat, & ad illud accipiendum vltimus ſcrutatorū accedat. Et vt acceſſus ſecretè etiam peragatur, ſcrutinio publicato, ſi electio per conſenſum duarum partium in eo nō fuerit celebrata, ſtatim antequam ad alios actus deueniatur, Cardinales ſchedulam pro acceſſu formatam prædictis in menſis conficere, ſicut in ſcrutinio teneatur. Porrò vſus ſchedularum pro acceſſu talis erit.

Qui accedere alicui ex nominatis in ſcrutinio voluerit, eius nomen ſcribet, qui verò noluerit, ne cognoſci poſſit

poſſit eum nulli accedere, in loco nominis ſcribat NEMINI. Nulli autẽ tàm in ſchedula ſcrutinij, quàm acceſſus plures nominari liceat, alioquin ſuffragium, in quo plures nominari fuerint, nullum, ſit; accedere tamen vni ex nominatis à ſe in dicta ſchedula, vel alij; dũ modo aliquod aliud ſuffragium in eodem ſcrutinio tulerit, non prohibeatur, & in numerum Cardinalium in conclaui præſentium numeretur. Neq; in quolibet ſcrutinio, niſi ſemel accedere liceat; neq. per acceſſum ab alterius nominatione, in ſcrutinij ſchedula facta, recedi decernimus, & declaramus. Inſuper antequam ſchedulæ ſiue ſcrutinij, ſiue acceſſus à ſcrutatoribus aperiantur, omnes ab ijs diligentiſſimè palam numerẽtur: & ſi plures repertæ fuerint, quàm ſint Cardinales in Conclaui præſentes, omnes comburantur, & iterum ad ſuffragia ſtatim deueniatur. Si quis autem aliquid ex ſupra expreſſis non ſeruauerit, aut quomodocunq. directè, vel indirectè in aliquo contrauenerit, ſẽtentiam excommunicationis ipſo facto incurrat. Præterea ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi aliquem infirmitas impediuerit ad ſcrutinium venire, ad eum adire debeant tres Cardinales, ſorte ante ſcrutinium, vt infra ad hanc rem ex omnibus Cardinalibus per vltimũ Diaconorum extracti, cum capſula perforata, ſed inani, & palàm à ſcrutatoribus clauſa cuius clauis ſuper altare remaneat, & ſchedulã impreſſam illi deferre, ipſequè illam, ſicut alij Cardinales, præuio iuramento ſupraſcripto, ſecretè conficere teneatur, deinde incapſulã conijciat, eaq; per eoſdem Cardinales relata, & aperta, in calicẽ ſchedula mittatur. Publicato de inde ſcrutinio, ſi acceſſus agendus erit, vt etiam infirmi accedere poſſint, vnum ex folijs in quibus nomina Cardinalium, & ſuffragiorum numerus notatur à tribus Cardi-

I 2 nalibus

nalibus prædictis ſumatur, & palàm recognito numero ſuffragiorum, quæ quiſq. in ſcrutinio tulerit, ad infirmum vnà cum alia impreſſa ſchedula, pro acceſſu parata, & cum eadem capſula ab ijs deferatur. Infirmus verò alicui accedere, vel nemini accedere debeat, oĩa que & ſingula ſeruẽtur, quæ de ſcrutinij ſchedula ſupra ordinata ſunt, ſub eadem excommunicationis latæ sẽtentiæ pœna. At ſi quis ſcribere valetudine impediatur, per alium præuio iuramento, ab eo, qui ſcribet, præſtando de ſeruando ſecreto, quod ſub eadem excõmunicationis pœna ſeruari mandamus, ſcribere liberè poſſit. Ad hæc ſcrutatores tres, ſicut & tres alij Cardinales, qui ad infirmorũ ſuffragia deferenda proficiſcẽtur, ex omnibus Cardinalibus præſentibus in Conclaui, nulla ordinis ſeruata diſtinctione, ſorte, immediatè ante quodlibet ſcrutinium, per vltimum Diaconorum extrahantur, & qui ſemel extracti fuerint, in vas iterum conijciantur; alioquin ſi quis contrafecerit, ſicut ſi ſcrutatores, vel recognitores aliq̃d ſecreti in exercẽdo ſuo officio cognouerint, & illud reuelauerint, eãdem latæ ſententiæ excommunicationem incurrant.

Finito ſcrutinio, & acceſſu, ſiue electio ſecuta ſit, ſiue non ſit, tres alii Cardinales ſorte pariter vt ſupra extrahẽdi, ſchedulas omnes recognoſcere debeant, ſig illo tamen, & duobus aliis ſignis, ſi aperta non fuerint, intactis remanentibus. Quæ omnes, & ſingulæ ſchedulæ, ſiue ſecuta, ſiue non ſecuta electione, poſtmodũ ſtatim palàm comburãtur. Similiter ne electio protrahatur ſtatuimus, & ordinamus, vt ſub ſimili excommunicationis pœna, eo ipſo incurrenda, ſcrutinium bis ſingulis diebus peragatur, ita vt etiam perficiatur, mane ſcilicet poſt ſolitam miſſam, & prima quidem die tantum poſt Cardinalium ſacram peractam communio-

nem,

Digitized by Google

nem, & pomeridiano tempore hora opportuna, poſt Hymnum Veni creator Spiritus, & orationem de Spiritu ſancto: idemquè ſi compromiſſi via eligatur, obſeruari debeat: atque ad ſcrutinium cum tertiùm pulſata per loca ſolita Conclauis cāpanula de more fuerit, omnes, & ſinguli Cardinales conuenire debeant, valetudine non impediti, ſub eadem excommunicationis latæ ſententiæ pœna. Cardinales præterea omnino abſtineant ab omnibus pactionibus, conuētionibus, promiſſionibus, intendimentis, condictis, fœderibus, alijſquè quibuſcunque obligationibus, minis, ſignis, contraſignis ſuffragiorum, ſeu ſchedularum, aut alijs tàm verbo, quàm ſcripto, aut quomodocunque dandis, aut petendis, tàm reſpectu incluſionis, quàm excluſionis, tàm vnius perſonæ, quàm plurium, aut certi generis, veluti creaturarum, aut huiuſmodi, ſeu de ſuffragio dando, vel non dando, quæ omnia, & ſingula, ſi de facto interuenerint, etiam iuramento adiecto, nulla, & irrita, neq; ad eorum obſeruantiam quemquam teneri, aut ex trāſgreſſione notam incurrere fidei non ſeruatæ decernimus, & declaramus: & contrafacientes ex nunc excommunicationis pœna innodamus: tractatus tamen pro electione habendos vetare non intelligimus. Quod ſi electio huiuſmodi alibi celebrata fuerit, quàm in Conclaui clauſo, vel aliter, quàm per ſecreta ſchedularum ſuffragia duarū ex tribus partibus Cardinalium in Cōclaui præſentium, in ſcrutinio, ſeu ſcrutinio, & acceſſu, electi ſuffragio non computato, vel per viam compromiſſi, ab omnibus Cardinalibus ſimiliter in Conclaui præſentibus, nemine diſſentiente, initi, & ita vt nemo ſeipſum elegerit: vel quaſi per inſpirationem nullo præcedente de perſona ſpeciali tractatu, omnium pariter Cardinalium præſentium in Conclaui, communiter,

nemine

nemine itidem diſſentiente,per verbum ELIGO, intelligibili voce prolatum,aut ſcripto,ſi voce non potuerit,expreſſum,nulla ſit, & inualida eo ipſo, abſque vlla declaratione,& ita electo nullum ius tribuat: quinimmo is non Apoſtolicus,ſed Apoſtaticus ſit,& habeatur, & tàm ipſe quàm eligentes, eiuſquè fautores, & complices ſententiam excommunicationis,& anathema,aliaſquè cenſuras, & pœnas inuaſoribus Sedis Apoſtolicæ à ſacris Canonibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis impoſitas,pariter ipſo facto incurrant,à qua ſicut ab alia quacunque in hac Conſtitutione impoſita, & irrogata,ſeu infra imponenda, & irroganda pœna excommunicationis tàm ipſi,quàm quilibet alius S.R.E.Cardin. ſiue alia perſona cuiuſcunque gradus,conditionis, dignitatis,& præeminentiæ, à nullo, neq; etiam à maiori Pœnitentiario,cuiuſcunque facultatis vigore, præterquam à Rom. Pont. niſi in mortis articulo abſolui poſſit,& tàm ipſe eiuſquè complices,& fautores,quàm alij quicunque etiam. S.R.E.Cardinales huius Conſtitutionis in aliquo tranſgreſſores, alijs grauiſſimis pœnis teneantur,futuri Pontificis canonicè intrantis arbitrio irrogandis. Poſtremo ſtatuimus,& diſtrictè præcipiendo mandamus,vt S.R.E.Cardinales, quæcunque ſecretum violare quomodolibet poterunt, omnia euitare,& cauere omnino teneantur,cum intentio,& mens noſtra ſit electionis huiuſmodi tàm ſanctum negotium, ſi fiat per ſcrutinium, ſeu ſcrutinium, & acceſſum, vt præfertur, ſecretiſſimè tranſigatur: ac proinde ijſdem omnibus,& ſingulis.S.R.E.Card. & eorum ſacro Collegio inhibemus,ne contra hæc,vel horum aliquod ſtatuere, diſponere, vel ordinare, ſeu in aliquo corrigere, alterare,mutare,ſeu aliquo modo facere, tractare,moliri, vel attentare præſumant, quouis prætextu, cauſa,

vel

vel exquiſito colore ſub eadem excõmunicationis pœna ipſo facto incurrenda. Vt autem huiuſmodi noſtra Conſtitutio inuiolabilius obſeruetur, tres Cardinales, qui ſingulis diebus Congregationibus agendis præpoſiti ſunt, & cum ijs. S.R.E. Camerarius illam in omnibus, & per omnia obſeruari procurent, & faciant. Volumus etiam, & decernimus, cenſurarum, & excommunicationum prędictarum, & aliarum quarumcunque prętextu, vel cauſa Cardinales à Summi Pont. electione actiua, & paſſiua excludi nullo modo poſſe, quas quidẽ cenſuras, & excommunicationes ad effectum huiuſmodi electionis tantum, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ſuſpendimus: decernẽtes eaſdem excommunicationes, & cenſuras eos ſolum afficere, qui deliquerint, non autem alios Conclaui durante, qui cum iis conuerſati fuerint. Cæterum, & ſi opus non eſse in Domino confidimus, tamen pro officii noſtri debito, & rei de qua agitur grauitate, admonemus, hortamur, & in Domino obſecramus. S. R. E. Cardinales, vt attentè conſiderent perſonę, quam ſuſtinent, officium, & dignitatem, quam ſacrum præterea, & quanti momẽti ſit opus, quod tractant, & nihil quod ſe non deceat, nihil à re alienum committant, ſed cogitent, quam pernicioſum futurum ſit vniuerſæ Eccleſiæ, Chriſti ſanguine acquiſitæ, ſi malè adminiſtretur, ac proinde exuant omnes mundanas curas, & induant ſolum Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum: memores nihil prodeſse homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur. Denique animum aduertant ſe in Conclaui clauſos editiſſima in ſpecula conſtitutos eſse, & factos ſpectaculum Deo, & hominibus à Domino, cuius negocium gerunt, ſupplicii, vel gloriæ ſempiternæ retributionem citiſſimè læturos. Non obſtan. quatenus opus ſit. tel.

rec.

rec. Alexandri Papæ III. præd. noſtri in Concilio Lateranen. edita, quæ incipit, licet de vitanda, & aliorum Rom. Pont. præd. noſtrorum, etiam in Conciliis generalibus promulgatis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, etiam in corpore Iuris clauſis, quibus omnibus, & ſingulis quatenus pariter opus ſit, eorum omnium, & ſingulorum tenores, perinde ac ſi ad verbũ exprimerentur, pro expreſſis, & inſertis habentes, pro hac vice dumtaxat, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſquè contrariis quibuſcunque. Volumus quoque præſentes noſtras coram omnib. in prima Congregatione poſt obitum Pontificis fieri ſolita, & deinde poſt Conclauis ingreſsum, & cum quis ad Cardinalatus honorem promotus fuerit, cum aliis ſimilibus Conſtitutionibus legi, & iuramentum ſuper illius obſeruatione præſtari, & ita præcipimus, & mandamus. Quibus Conſtitutionibus, & pœnis in eis contentis, niſi in ſuperius expreſſis per hanc noſtram derogare non intendimus, ſed eas in ſui roboris firmitate relinquere. Sperantes etiam Rom. Pont. qui pro tempore canonicè eligentur, omni ſtudio curaturos, vt quæ noſtris huiuſmodi, & in eis ſalubriter ſtatuta ſunt, inuiolabiliter, ac etiam ſi opus fuerit per pœnarum ipſarum contra tranſgreſsores executionem obſeruentur. Denique volumus eaſdem præſentes in valuis Baſilicarum ſancti Ioannis Lateranen. ac Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, necnon in Acie Campi Floræ per Curſores noſtros affigi, & publicari, ac eorum exempla ibidem affixa dimitti, & deinde omnes, & ſingulos Cardinales tàm abſentes, quàm præſentes, modernos, & qui pro tempore erunt, & alios quoſcunque quorum intereſt, vel intereſse poterit quomodolibet in futurum afficere, & ligare,

re,

re,nullamquè harum ignorantiam prætendere poſſe, ac ſi eis perſonaliter intimatæ forent,præmiſſis,cæteriſquè Contrarijs quibuſcunque non obſtantibus. Nulli ergo omnino hominum, &c. Dat. Romæ apud S.Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1621.17.Kalen. Decembris.Pontificatus Anno primo. Quam Conſtitutionem iurauerunt Cardinales in Conciſtorio præſentes numero quadraginta vnus, omnes cum his verbis. Ego N. Cardinalis,&c. promitto, voueo, & iuro. At ſi electio Romani Pontificis fieret per vim,& metū, qui poteſt cadere etiam in conſtantem virum, quid eſſet agendum? Nullius certè eſſet efficaciæ, nulliuſquè valoris,ſic enim in Concilio Conſtantiēſi ſeſſ. 29. Sancitum eſt; Quod ſi fortè electionem Romani Pontificis per metum factam, qui cadere incōſtantem virum, ſeu impreſſionem de cætero fieri contingat,ipſam decernimus nullius efficaciæ, vel momenti, nec poſſe per ſequentem conſenſum etiam metu prædicto ceſſante ratificari,vel approbari. Non tamen liceret DD.Cardinalibus procedere ad aliam electionem,niſi qui ſic fuiſſet electus, renunciaret eiuſmodi electioni de ſe factæ, vel mori contigerit, donec per Concilium generale de illius electione eſſet iudicatum; & ſi procederetur,talis electio eſſet nulla ipſo iure; ſi verò eligentes eligerent ſecundum,tàm ipſi, quàm ipſe electus ſi ſe Papatui ingereret,eſſent omni dignitate,honore, ſtatu etiam Cardinalatus, & Pontificali ipſo iure priuati, & inhabiles de cætero ad ſupradicta omnia, & etiam ad Papalem dignitatem:nec ſecundo ſic electo aliquis deberet vllo pacto obedire vti Papæ ſub pœna fautoriæ ſchiſmatis; & eo caſu Concilium prouideat de electione Papæ illa vice: & electores omnes, aut ſaltem maior pars quàm citius poterunt abſque periculo perſonarum, etiam ſi

Electio Ro. Pont. facta per vim, & metum,nulla eſt.

Conc. Cōſt. ſeſſ. 29.

Digitized by Google

omnium bonorum immineret periculum, ſe transferāt ad locum tutum ad allegandum prędictum metum coram Notarijs publicis, ac notabilibus perſonis, multitudineque populi, in loco inſigni; & allegantes eiuſmodi metum, exprimant in allegatione illius ſpeciem, & qualitatem eius, iurentque ſolemniter metum ſic allegatum eſſe verum, afferantque ipſum ſe poſſe probare, & quòd per malitiam, vel calumniam huiuſmodi metum non proponunt. Teneantur præterea poſtquam ſe tranſtulerint, metumque prædictum allegauerint modo iam dicto prouocare ſic electum ad Cōcilium; quod Concilium ſi vltra annum differatur, à die prouocationis eiuſmodi intelligatur ad annum ipſo iure terminus breuiatus, & nihilominus electus teneatur ſub prædictis pœnis, & Cardinales prouocantes ſub pœna ammiſſionis Cardinalatus, & omnium ſuorum beneficiorum, quam ipſo facto incurrant, infra mēſem à die prouocationis Concilium ipſum, vt ſupra dictum eſt, indicere, & publicare, & quàm citius poterunt intimare, atque Cardinales ipſi, cæterique electores ad locum Concilij tempore conuenienti perſonaliter ſe conferre, & ibi vſque ad finem, terminationemque ipſius cauſæ expectare. Teneanturque Prælati, cæterique vt ſupra diximus ad conuocationem Cardinalium tantum, ſi forſitan ſic electus conuocatus nolet eò ſe conferre, & ſic in Concilio ipſo non præſidere. Multa alia legere poteris de electione Romani Pontificis in ſecunda parte Inſtitutionum moralium Ioannis Azorij libro 4. cap. 2.

De Cōſecr. Rom. Pont. De Conſecratione autem eius hæc pauca ſubtexere volui. Romanus Pontifex, poſtquam ritè, canonicè, modo, & forma ſupraſcripta fuerit electus, ſi prius erat Epiſcopus, non conſecratur, quia eo ipſo, quòd Summus Pontifex creatur, qui ante iam fuerat Epiſcopus, non recipit

recipit poteſtatem ordinis ſuperiorem, ſed iuriſdictionẽ multo maiorem. Si autem Epiſcopus non eſt, electioni ſuccedit conſecratio, quia Epiſcopus creatur; vnde quemadmodum, & alij Pontifices minores debet conſecrari, ſed alio modo, non tamen à quolibet Epiſcopo, ſed tantummodo ab Epiſcopis Cardinalibus, & præcipuè ab Hoſtienſi obtinente in ſimili caſu vicem Metropolitani. Sed ſi Papa vellet conſecrari ab alio, quàm ab Hoſtienſi, poſſet nè? Immò poſſet, cum Cardinales Epiſcopi, Metropolitani vice fungantur, non tamen propter hoc ſunt maiores Papa ex eo, quòd illum poſſunt, ſi ipſe voluerit, conſecrare, nam & ſuffraganei quoque Metropolitanum ſuum cõſecrant, attamen ex hoc non ſunt vllo pacto illo maiores. Sed vbi nam debet Papa conſecrari? In Eccleſia, in qua ipſe intendit reſidere, vel in S. Ioanne Lateranen. vel in S. Petro, apud cuius Eccleſiam reſidet in vrbe Roma. Sed ſi propter aliquod impedimentum ibi conſecrari minimè poſſet? deberet in aliqua alia Eccleſia conſecrari, etiam extra vrbem, ſi neceſſarium eſſet, ſicuti notatur diſtinct. 23. c. in nomine Domini. vbi dicitur. Planè poſtquam electio fuerit facta, ſi bellica tempeſtas, vel qualiſcunque hominum conatus malignitatis ſtudio reſiſterit, vt is, qui electus eſt in Apoſtolica Sede iuxta conſuetudinem intronizari non valeat, electus tamen ſicut verus Papa auctoritatem obtineat regendi Romanam Eccleſiam, diſponendi omnes facultates eius, quod beatiſſimus Gregorius ante ſuam conſecrationem feciſſe cognouimus. Sicut igitur Romanus Pontifex nonnũquam pro temporum opportunitate, ac neceſſitate eligitur extra vrbem Romanam. Sic etiam conſecrari poteſt extra eandem vrbem, quando neceſſitas hoc requirit. Sciendum eſt etiam, quòd Gloſ. in cap. ſuper Data. de reg. iur. notauit,

K 2 quòd

quòd Romanus Pontifex poſt electionem, ante conſecrationem, & coronationem non ſcribit Pontificatum in litteris datis, nec ſe ſimpliciter Epiſcopum appellat, ſed tantum ſic; Data ſuſcepti à nobis Apoſtolatus officio, anno, & tunc adſcribitur annus, & locus. Et ſubſcribit. N. Electus Epiſcopus Romanus. Poſt conſecrationem verò, & coronationem, ſcribit Pontificatum in datis litteris, & ſe ſimpliciter Epiſcopum appellat, & ſcribit. Data Pontificatus noſtri anno. Hæc autem non sũt iuris, nam ex cap. Ibi periculum. De elect. in 6. apparet, quòd ſtatim poſt electionem Rom. Pontifex plenam iuriſdictionem conſequitur, nec eſt quod aliquid iure expectetur, ſed ſunt conſuetudinis.

A quo Pontifex Romanus ſuam habeat auctoritatem.

Tractatus Sextus.

POſtquam de Romani Pontificis electione, & conſecratione dictum eſt in ſuperiori tractatu, modo conſiderandum mihi videtur, à quo ipſe ſuam habeat auctoritatem. Dico igitur quòd Papa à nullo alio habet auctoritatem niſi à ſolo Domino noſtro Deo viuo, & vero, qui beatum Petrum ore proprio conſtituit principem ſuper omnem terrarum orbem, vt clarius demõſtratum eſt ſupra in primò tractatu noſtro, cui quidem ſoli primo Pontifici maximo dixit Ieſus, duc in altum, cæteris verò eius condiſcipulis, laxate retia veſtra in captura piſcium. Quid autem voluit Dominus per illa verba, Duc in altum, dicta ſoli Petro, nobis innuere, niſi ſupremam poteſtatem in ipſo Petro futuram? & quòd ſolutio omnium difficultatum de fide, ad illum vnum debe-

Luc. cap. 5. D. Ambr. li. 4. in Lucã. ca. 5. propè finem.

debebant pro tempore deferri, tanquam ad ſummum principem omnium credentium, & patrem cunctarum Eccleſiarum in toto terrarum orbe exiſtentium? quoniam etſi vniuerſæ Eccleſiæ per orbem catholicæ conſtitutæ vnus thalamus Christi ſit, tamen ſancta Romana Eccleſia Catholica, & Apoſtolica cæteris Eccleſijs prælata eſt, quia Euangelica voce Domini, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti primatum obtinuit in vniuerſa terra, quando dixit Petro, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c. quis autem ignorat, quòd quanto gradus eſt maior, tanto maior eſt auctoritas? Illud verò animaduertendum eſt, quòd vnus quinque modis præeſſe poteſt alijs, officio, vitæ merito, ordine, adminiſtratione, & conſecratione: quibus quidem modis omnibus Romanus Pontifex præeſt vniuerſis; quod ſanè manifeſtè nobis oſtendit Chriſtus, quando non quemlibet alium ex diſcipulis ſuis, ſed ſolum Petrum miſit ad mare, vt ibi piſcaretur hamo, piſcemquè primum tolleret, atque in eiuſdem ore quæreret ſtaterem, illumquè acciperet, ac ſolueret tàm pro ſe, quàm pro eomet tributum Cæſari. Sed quid eſt, quòd Dominus ſolum Petrum mittit ad mare, ibidemquè hamo piſcari, niſi vt nobis inſinuaret, quòd illum vnum ſtatuerat, planèquè decreuerat præficere vniuerſo mari huius fluctuantis ſæculi vndequaque procelloſi? Quid inſuper eſt, quòd illi iubet hamo terreo piſcari, niſi quia ſibi gladium vtriuſque Imperij. ſ. ſpiritualis, & temporalis diſpoſuerat? Solus Dominus, & non alius fundauit Eccleſiam ſuam, ac ſupra petram fidei mox naſcentis erexit, qui beato Petro æternæ vitæ clauigero terreni ſimul, & cæleſtis Imperij iura commiſit. Non quælibet ſententia terrena, ſed illud verbum, quo conſtructum eſt cœlum, & terra, & per quod cætera omnia ſunt condita, Romana

Vnus quinque modis poteſt præeſſe alijs.

Matth. c.16.

fundata

fundata eſt Eccleſia, quæ illius priuilegio fungitur, cuius auctoritate fulcitur. Et ideo ille eſt proculdubio cenſendus hæreticus, qui priuilegium auferre conatur ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ. de cuius primatu loquens Anacletus Papa inquit. Sacroſancta Romana, & Apoſtolica Eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro primatum obtinuit, ſicut beato Petro Apoſtolo dixit Dominus, Tu es Petrus, &c. qui quidem Petrus non tantum piſcium, verum etiam hominum extitit piſcator. Duplex eſt autem genus piſcãdi, in rete ſcilicet, & hamo; primo genere piſcatus eſt tàm Petrus, quàm etiam alij diſcipuli, ſecundo verò Petrus tãtummodo, quia rete denotat inquiſitionem Diuinæ ſapientiæ, & ſcientiæ; ſapientiæ quantum ad Diuinitatem Chriſti, ſcientiæ verò quantum ad eius humanitatem; quo quidem genere omnes piſcantur, quia non ſolum Sacerdotes, ſed & alij prudentes viri de miſterio ſapientiæ, & ſcientiæ huiuſmodi Dei ſcrutantur; at ſoli Petro conceditur piſcari hamo, atque illi ſoli dicitur, Duc in altum, quia ad ipſum vnum pertinet non ſolum perſcrutari de miſterio ſapientiæ, & ſciẽtiæ Dei, ſed etiam ſoluere quaſcunque difficultates, quæ circa Catholicam fidem ſolent nonnunquam oriri, illaſquè determinare, tanquam ad caput, principem, & patrem omnium, maximè verò credentium; qui quamuis ſint per vniuerſum orbem diffuſi, faciũt nihilominus vnam Eccleſiam, ſicuti eſt etiam vnus eorum omnium Deus, vna omnium fides, vnumquè baptiſma: de qua quidem Eccleſia ſic per totum orbem diffuſa loquens B. Pater Auguſtinus ait. Catholica Eccleſia per orbem diffuſa tribus modis probatur exiſtere; quicquid in ea tenetur, aut auctoritas eſt ſcripta, aut traditio vniuerſalis, aut certè propria, & particularis inſtructio: ſed auctoritate

Lib. de fid. chriſt.

tota

tota conſtringitur, vniuerſali traditione maiorum nihilominus tota, priuatis verò conſtitutionibus, & proprijs informationibus vnaquæque pro locorum varietate, prout cuique viſum eſt, ſubſiſtit, & regitur. Et alibi inquit; Palàm eſt, quòd in re dubia ad fidem valet auctoritas Catholicæ Eccleſiæ, quæ ab ipſis fundatiſſimis Apoſtolorum ſedibus vſque ad hodiernum diem ſuccedentibus ſibimet Epiſcoporum ſerie, & tot populorum conſenſione firmatur. Gregorius Papa dixiſſe refertur. Apoſtolicis præceptis non dura ſuperbia reſiſtatur, ſed per obedientiam quæ à ſancta Romana Eccleſia, & Apoſtolica auctoritate iuſſa ſunt, ſalutiferè impleantur, ſi eiuſdem ſanctæ Dei Eccleſiæ, quæ eſt caput veſtrum, communionem habere deſideratis. Non nouum aliquid præſenti iuſſione præcipimus, ſed illa, quæ olim videntur indulta, firmamus, cum nulli dubiũ ſit, quòd non ſolum Pontificalis cauſatio, ſed omnis ſanctæ religionis relatio ad ſedem Apoſtolicam, quaſi ad caput omnium Eccleſiarum debeat referri, & inde normam ſumere, vnde ſumpſit exordium, ne caput inſtitutionis videatur omitti; cuius auctoritatis ſanctionem omnes teneant Sacerdotes, qui nolunt ab Apoſtolicæ petræ, ſuper quam vniuerſalem Dominus fundauit Eccleſiam, ſoliditate diuelli. Si poteſtas Pontificis Maximi penderet non à ſolo Deo, ſed ab hominibus, acciperet vtique, & ipſe in ſua Conſecratione baculum ab homine, quemadmodum, & Pontifices inferiores. Romanus autem Pontifex non vtitur baculo, eò quia poteſtatem non ab hominibus accipiat, ſed à ſolo Deo; qui ad firmamentum Cœli, hoc eſt vniuerſalis Eccleſiæ fecit Deus duo luminaria magna, ideſt, duas inſtituit dignitates, quæ ſunt Pontificalis auctoritas, & regalis poteſtas; ſed illa quæ præeſt diebus, ideſt ſpiritualibus, maior

Lib. contra Manichæos.

12. Diſtinct.

Rom. Pont. non vtitur baculo.

Romanus Pontifex non puri hominis,ſed veri Dei,sũmi Dei,& veri hominis Ieſu Chriſti vicem gerit in terris, vbi eſt quaſi Deus, ac Deum ipſum hominibus repræſentans, maior homine, minor verò Deo. Et ideo Domini Cardinales Papam eligentes, attentius ſecum ipſi cogitare, ac penſare diligentiſſimè debent quid ſibiipſis immineat, quotieſcunq; de creatione agitur Vicarii Ieſu Chriſti, veri ſucceſſoris Petri, Rectoris vniuerſalis Eccleſiæ Dei, ac ſummi Paſtoris totius gregis Chriſti: talemq; debent eligere, qui nullius incongruæ voluntati deſeruiat, ſed & moribus decoratur tanto ordini valeat dignus inueniri, & in quo nil ſapiētiæ, nilq; ſcientiæ; nil demum deſit induſtriæ, ac diligentię, ſapientiæ, inquam, quò ad Diuina pertractanda, ſcientiæ verò quò ad humana peragenda, induſtriæ autē, ac diligentiæ quò ad mores, cęterosq; actus componendos. Huiuſmodi quidem muneris ſacramentum ita Dominus ad omnium Apoſtolorum voluit officium pertinere, vt in B. Petro Apoſtolorum omniũ ſummo id principaliter collocaret, vt ab ipſo quaſi quodam capite, dona ſua velut in corpus omne diffunderet. Sancta ergo Romana Eccleſia auctoritatem ſuam habet nõ ab homnibus, ſed à Deo optimo maximo, & ideo eſt caput, & mater omnium Eccleſiarum per uniuersũ orbem terrarum diffuſarum, quoniam ſicut Petrus Apoſtolus fuit primus omniũ Apoſtolorum, ita & hæc ſancta mater Eccleſia catholica, & Apoſtolica ſuo & nomine, & ſanguine conſecrata, Domino inſtituente, prima eſt, aliarum omnium, vt ſæpe ſæpius à nobis dictũ eſt, & ad illam, tanquam ad matrem, atq; apicem cũs tàm maiores, quàm etiam minores Eccleſiæ, nec non earum cauſæ, & Epiſcoporũ iudicia referri debent, cuius sẽtẽtias, & deciſiones humiliter accipiant tanquam

Homob. de Hum. vitæ. ſtat. par. 1. c. 4.

ab ipſomet Deo factas, maiores enim, ac grauiores, difficileſq; cauſæ in Dei optimi Eccleſia, non niſi coram Pontifice Romano tractari, atq; definiri debent, cum ipſe habeat plenitudinem poteſtatis in vniuerſo orbe.

Pontificis Romani Poteſtas ſuper quos extendatur.
Tractatus Septimus.

SIcut in toto orbe duo ſunt ſtatus vniuerſales hominũ. ſcilicet Chriſtianorum, & infidelium, ſic poteſtas Romani Pontificis ſuper vtroſq; ſe extendere ſine dubio mihi videtur, quod quidem ſatis patet ex verbis Saluatoris dicentis ad Petrũ, paſce oues meas; ſub quarum ſimilitudine, & ſi principaliter intelligantur fideles omnes vtriuſq; ſexus, nihilominus largo modo ſumpto vocabulo, omnes animæ rationales ſunt Dei oues. Et quamuis Dominus Ieſus, ac Deus noſter corporaliter fuerit miſſus, vt ipſe dixit diſcipulis ſuis, ad oues tantummodo, quæ perierant domus Iſrael, tamen ipſi, tanquam legato fideliſſimo, fuit etiam credita cura animarum omnium viuentium, tàm hominũ, quàm mulierum totius orbis terrarum; quem per Apoſtolos ſuos ipſe poſt reſurectionem ſuam viſitauit, docuit, illuſtrauit. Euntes, dixit illis, in mundum vniuersũ, prædicate Euangelium omni creaturæ, ſcilicet rationali, docentes omnes gentes. oportebat pati Chriſtum, & reſurgere à mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius pœnitentiam in remiſſionem peccatorum in oẽs gentes. Ego, inquit Chriſtus, ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ, & alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas (per has intelligit gentes omnes diſperſas per vniueaſum orbẽ terrę) oportet

Io.c. vlt. Omnes animæ rationales ſunt Dei oues.

Matth.c.15.

Matth.c.vl.

Luc.c. vlt.

Ioan c.10.

oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor: quæ ſanè verba Doctores omnes interptætantur, & intelligunt de cōuerſione gētiū infidelium. Sed vt clarius appareat veritas illa, quā propoſuimus in præſenti diſcutiendam, illud conſiderādum eſt, quòd Eccleſia militans regi debet ad inſtar Eccleſiæ triumphantis, vt ait D. Auguſtinus, cum ſit pars eiuſdem. de qua cœleſti Eccleſiæ dixit D. Ioannes in ſuis Diuinis reuelationibus, Ego Ioannes vidi Ciuitatem ſanctam Ieruſalem, nouam deſcendentē de Cœlo à Deo paratā, ſicut ſponsā ornatā viro ſuo, & audiui vocem magnam de throno dicentem; Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitauit cum eis, & ipſi populus eius erunt, & ipſe Deus cū eis erit eorum Deus. Modò quiſnam fidelium dubitat Eccleſiam illā triūphantē ſub vno ſolo ſummo Deo minimè triūphare? haud regnare? atq. ab vnico Deo, qui eſt Pater, Filius, & Spūs S. non regi? ſicut igitur illa cœleſtis, atq; triumphans Eccleſia ab uno regitur principe, qui eſt trinus in perſonis, & unus in eſſentuia, ſic & Eccleſia militans ab vnico Dei Vic. & Pontifice Romano, qui habet ſummam poteſtatem, & imperium ſuper omnes Reges, & principes terræ, inſuper & ſuper omnes alias perſonas cuiuſcunq; ſtatus, & gradus ſiue ſint laici, ſiue religioſi, ſiue Prelati, ſiue ſubditi, regitur, gubernaturq; cum illius ditioni ſit in omnibus per omnia ſubiecta. Creauit ab initio mundi omnipotens Deus vnicum hominē omnium noſtrum parentem, vt ex illo totum genus humanum propagaretur, atq; vniuerſæ poſteritati ſuæ, ſic Domino diſponente præeſſet; atq; formato corpore de limo terræ, animam de nihilo creans ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, in faciem ſuam inſpirauit ſpiraculum vitæ, & ſtatim factus eſt homo in animam viuen-

Ecc'eſia militans regitur ad inſtar Triunfantis

lib. 10. de ciuit. Dei c. 7. apoc. c. 21

Gen. c. 1. & 2

tem, ut præeſſet piſcibus maris, & uolatilibus cœli, & beſtijs terræ, omniq; præterea reptili, quod mouetur ſuper terram poſt quorum omnium creationem fecit Dominus hominem, tanquam illorum omnium Dominum, & poſſeſſorem, omnibuſq; meritò præferēdū; quippè qui ſecundum mentem, & intellectum cætera viuentia antecellat. Vt igitur vnus in ſupernis eſt Deus princeps, & monarcha, à quo fuerunt omnia, præſertim mortalia, & corruptibilia creata, vltra cœlos, Angelos, cæteraq; inuiſibilia; & inter omnia animãtia eſt homo, qui dominatur omnibus illis, tanquam eorum omnium Dominus, & poſſeſſor, ſic inter omnes homines vnus debet eſſe princeps, caput, & monarcha, qui omnibus mortalibus præſit, domineturq; vniuerſis in toto terrarum orbe. Sed quis eſt hic, niſi Dei Vicarius in terris? cuius imperium eſt ſuper omnes gētes vniuerſæ terræ? Non igitur Petrus ſub Rege, & Reges ſub Petri lege peregrinam vitam tranſigere debent, ſibiq; ac ſuis ſucceſſoribus in officio ſummi Põtificatus incuruari tenentur, collaq; ſubmittere, quoniam ſicut vnus eſt Deus, non autem plures Dij, quia pluralitas principum non eſt bona, ſecus in toto vniuerſo confuſio oriretur, ita vnicus debet eſſe ipſius Dei generalis Vicarius ſuper vniuerſam terram; nam tantum eſt ponere plura principia, quantum eſt ponere plures Deos, pluresq; ſimul, & eodem tempore Dei Vicarios, quorum quodlibet maximum eſt incõueniens, & confuſionem generaret in toto vniuerſo, Et quamuis principia illa non eſſent diuerſa, ſed penitus inter ſe conueniẽtia, nihilominus eſſent ſuperflua quia fruſtra, fit per plura, quod poteſt fieri ꝑ pauciora. vnus ergo ſit Deus in toto vniuerſo, non plures Dij, vna ſit etiam ſpecies humana inter omnia animantia, quæ ratione nobilitatis ſuæ præſit omnibus entibus

Meth. lib. 12

Ariſt. lib. 1 de Cœlo.

tibus generabilibus,& corruptibilibus, animantibus,piſcibus, plantis, cæteriſq; rebus in hac rerum vniuerſitate exiſtentibus,vnus itidem ſit Dei Vicarius,qui omnibus rationabilib.creaturis vtriuſq; ſexus præſit ſitq; eorum omnium caput, princeps, Dominus, pater, & paſtor, cui Imperatores, Reges, Poteſtateſq; omnes humiliter obediant, ſintq; ſubiectæ. Duo habet Pontifex Romanus latera,dextrum,& ſiniſtrum; illud ſunt clerici ea miniſtrantes, quæ ad ſpiritualem vitam pertinent; iſtud autem ſunt laici tractãtes neceſſaria terrenæ vitæ. at verò quid ſignificant huiuſmodi duo latera, niſi duplicem poteſtatem, quam habet Papa, ſpiritualem .ſ. & temporalem? quorum altera eſt prior iſta, quam ſecularẽ appellamus, in tribus; prioritate dignitatis, quis enim neſcit ſpiritum nobiliorem eſſe corpore? prioritate inſtitutionis, ſacerdotium enim Melchiſedech præceſſit legem ſcriptam, & per ſacerdotium Deo iubente fuit ordinata poteſtas Regales; & prioritate auctoritatis, cum ſpiritualiter terrena iudicet, ſpiritualis enim, ait Apoſtolus omnia iudicat; & à nemine iudicatur, ꝙ quidem de ſummo Pontifice verum eſt. Multas rationes afferunt Io. And.& Hoſt. quibus probant Papã eſſe principem, monarcham, & ſuperiorem tàm laicorum quorumcunq; quam etiam Clericorum,& quod ad illũ maximè pertinet illos omnes iudicare, quas breuitatis cauſa nunc ommitto.Sed quis ignorat ſacerdotium maius eſſe & Imperio, & Regali dignitate? ſicut enim Luna recipit lumẽ à Sole, ſic Regia poteſtas recipit auctoritatẽ non aliunde niſi à Papa,qui eſt ſummus ſacerdos vniuerſæ Eccleſiæ Dei, & non è contra. ſicut etiam Sol totum illuminat Mundum lumine ſuo, ſic & ſacerdotalis dignitas auctoritate ſua, verbo, & exemplo illuſtrat mentes hominum, a quibus expellit etiam igno-

rantiæ

Duo latere habet Rom. Pont.ſ.Cleric.& laicos.

Poteſtas ſpiritualis é prior temporali in tribus.

1.Reg.c.8.

1.Cor.2.

9.q.3.c.Nemo &c.Aliorum.

Digitized by Google

rãtiæ tenebras, erroreſq; multos extirpat, Mundũ pacificat per Regiam poteſtatem, quando ex ſemetipſa nõ poteſt; quæcunq; enim fecit Deus non carent ordine, ſuperiora namq; inferioribus dominantur; homo, vt ſupra dictum eſt, animantibus, alijſq; omnibus inferioribus, Leo brutis, Aquila cunctis volantibus, cete Piſcibus, ignis alijs elementis, Saturnus planetis inferioribus, ſuperiores Angelorum ordines illuminant inferiores, & curatis hominibus vnus Pontifex Maximus ſicut & omnibus membris corporis humani vnicum caput, vni naui vnicus gubernator, vni exercitui vnus Generalis, vni domui vnus pater familias, ita vni Eccleſię vniuerſali diffuſæ per vniuerſum Mundũ vnus ſummus Pontifex Romanus; ſicut enim vnius vxoris vnus tantũ eſt vir, ſic & vnius Eccleſiæ Dei tantummodo vnus debet eſſe ſponſus, qui abſq; dubio eſt ſolus Pontifex Romanus, legitimè, & canonicè electus pro tempore exiſtens; non decet namq; vnicam ſponſam Chriſti plures habere ſponſos, ſicut nec archa, quæ ipſius Eccleſiæ fuit figura, non niſi vnum Noè habuit, qui illi præfuit toto
Gen. c. 6. tempore diluuij, quo Deus omne ferè genus humanũ deleuit, nam octo animæ ſaluæ factæ ſunt in archa. O uerè igitur ſponſus ſponſæ Ieſu Chriſti Domini noſtri, O uerè Abraham, hoc eſt pater multarum gentium, ſũmus ſacerdos Dei altiſſimi in alma vrbe gerentis vices Dei viui; ò vere mons ſynai, omnis enim qui tetigerit hunc montem, atq; tentauerit aſcendere ſuper ſumitatem ipſius, ac ſuperare cacumen eius, hoc eſt uſurpare plenitudinem poteſtatis ſummi Pontificis, morte æterna morietur. nulli namq; fas eſt tranſgredi Apoſtolicæ ſedis præcepta, nec eiuſdem poteſtatem ſibi attribuere, quoniam qui aliena rapit, ille fur eſt, & latro. Reges igitur tractent cauſas ſæculi, ſacerdotes verò Maximi

Eccle-

Eccleſiæ, & Dei, quia ſicut Chriſtus fuit & Rex, & ſacerdos, ſic & ſummi illius Pontifices ſunt & Reges & Sacerdotes, & ideo non eſt ab re, quòd illi ſe intromittant in cauſis tàm ſæcularibus, quàm etiam Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus. Quòd verò Chriſtus Dominus multoties ſe geſſent tàm pro Rege, quàm pro Pontifice, ſatis patet in actibus ſuis, qui paſſim leguntur in ſacra Euangelij hiſtoria primò nanq; tanquam Rex fuit adoratus à Magis, qui ab Oriente venerant Hieroſolymam quærentes, & dicentes, vbi eſt qui natus eſt Rex Iudeorum? vidimus enim Stellam eius in Oriente, & venimus cum muneribus adorare eum. Et poſtquam Stella duce inuenerunt illum, obtulerunt ei tanquã Regi magno aurum, thus autem tanquam ſummo Sacerdoti, de quo ſacer ille vates loquens in pſalmo ait, & permanebit cum Sole, & ante Lunam in generatione, & generationem. vt enim Chriſtus Ieſus fuit creator Solis, Lunæ, & omnium creaturam, tanquã Deus, qui in tempore factus eſt homo ex Virgine naſcens, permanet cũ Sole, hoc eſt cum ſummo Pontifice Romano, & ante Lunam ſcilicet Eccleſiã, in qua ſunt Imperarores quoque ac Reges, ſummus autem Pontifex eſt tãquam ſolare caput cum omnibus membris ſub diuerſis gradib⁹, tanquam varijs, ac diuerſimodè fulgentibus Stellis in firmamento Cœli, quæ à plenitudine ſolaris luminis illuſtrantur quælibet pro ſuo captu, vt ſicut omnia in Cœlis fulgentia participant de ſplendore Solis, ita in Eccleſia militanti ſub figurato Sole, ſummo ſcilicet Romano Pontifice, omnia membra iuſte, ac rationabiliter ſub poſita, de eius plenitudine poteſtatis accipiant pro ſalute. Et ſicut Sol increatus Dei filius nobis ortus in plenitudine temporis Angelicam, & humanã exornat naturam, atq; in Eccleſia triumphante ſublimat, ſic

Chriſtus fuit Rex, & Sacerdos, ſic & Rom. Pót.

Matth. c. 2.

Pſal 71.

& ho-

& homines tãtùm in Eccleſia militãti decorat, quorũ perpetua ſanitas, ſaluſq; tota conſiſtit in merito infinito paſſionis eius. Sub miſtico igitur intellectu, & figura ſolari omnes Chriſti milites ſacris ſummi Pontificis pedibus incuruantur, ſiue Imperatores, ſiue Reges, ceteræq; totius orbis poteſtates, omnesq; tandem Chriſti fideles. Cur hoc? quia ob reuerentiam, ac deuotionis cultum veri Dei, & hominis Ieſu Chriſti, qui in ipſo nobis antonomaſticè repræſentatur, debita adoratione illum humiliter, ac reuerenter adoramus, quia illimitatam ſuper terram habet auctoritatem, quoniam ſicut Chriſto data eſt à ſummo patre omnis poteſtas in Cœlo, & in Terra, ſic & ipſe Vicario ſuo Pontifici Romano dedit omnem poteſtatem ſuper omnes Reges, Principes, & nationes vniuerſæ Terræ, atq; pollicitus eſt ſe cum illo futurum vſq; ad consũmationem ſæculi tanquam Regem, Imperatorem, & Dominũ cum ſuã vicem gerente, eſt enim Rex Regum, & Dominus Dominantium; niſi enim eſſet Rex, Propheta Zacharias nequaquam dixiſſet, Ecce Rex tuus venit ſibi manſuetus, neq; ab inimicis ſuis vocatus fuiſſet Rex Iudeorũ, nec auctus eſſet eijcere de templo vendentes, & ementes: vnde enim ſibi fuiſſet tanta audacia? vnde tãta poteſtas? vnde tanta auctoritas? vnde præſumptio? vt in res alienas tanquam inſanus tantum inſiliret? niſi quia tanquã verus, ac proprius Imperator, Rex, ac omnium Dominus Imperiali faſtigio tanquam de proprijs diſponebat rebus? niſi quia regnaturus eſt in æternum, & regni eius non erit finis? Ab hoc igitur maximo, Rege, qui eſt, & ſummus Sacerdos, & Deus viuus, & verus, qui eſt creator Cœli, & Terræ, dependet in omnibus, & per omnia prima illa ſedes, quæ eſt, & Petri, & Romana, quæ omnibus Eccleſijs, quæ ſunt in toto orbe, meritò

Matth.c.vlt.

Zach.c.9.

à Chriſto dependet ſedes Rom.

meritò præfertur, quia ex eo quòd eſt prima ſedes, prima Eccleſia, & caput, & mater omnium Eccleſiarum, nec Metropolitanum ſuper ſe poteſt habere, nec Regē, nec quempiam alium ſuperiorem in terris. Si nanque Papa tanquam Cæphas ſubeſſet Regibus, alijſquè inferioribus poteſtatibus, videretur eſſe ſimul, & ſemel & caput, & pes, eſſet enim ſuperior quò ad ſpiritualia, inferior verò quò ad temporalia, & ſic eſſet eodem tempore, & ſuperior, & ſubditus, quod minimè eſt dicendum: ſed omnino eſt aſſerendum illum habere poteſtatem, & eminere tàm in ſpiritualibus, quàm etiam in tēporalibus, & in his omnibus eſſe ſupremum, atque illi in cunctis eſſe parendum, quoniam quanto gradus eſt celſior, tanto maior in eodem ſuppoſito inuenitur auctoritas. in maioribus ſiquidem eſt regendi, & iubendi poteſtas, in inferioribus autem obſequendi neceſſitas. Sicut manifeſtum, eſſet inſaniæ ſignum, ſi ſeruus ſe vellet extollere, & eleuare contra Dominum ſuum, & maximum inconueniens, ſi pes contra caput ſe quæreret erigere, etſi oculi dignitatem manus conaretur uſurpare, uel oculus tentaret intellectum euadere; ita maxima eſſet illius inſania, qui ſe vellet extollere ſupra Summū Pontificem Romanum, cui videmus Imperatores, Reges, aliaſquè Poteſtates terræ humiliter colla ſubijcere, parere, obtemperare, vlla abſq; repugnantia obſequia præſtare. quid enim peius eſt, quiduè ineptius videri poteſt, quàm totius vniuerſi ordinem perturbare? vt minor in maiorem non vereatur inſurgere, vt pes in caput, filius in patrem, diſcipulus in magiſtrum, ſeruus in Dominum? Reges omnes, atque Imperatores catholici non domini, ſed ſerui, non patres, ſed filij, non magiſtri, ſed diſcipuli, non capita ſed membra eſſe debēt ſub cathedra principis Apoſtolorum, cui Dominus tradi-

dit Regna mundi, & claues quoque Regni cœlorum, quoniam, & Dominus Ieſus Chriſtus prohibet diſcipulum eſſe ſupra magiſtrum, & ſeruum ſupra dominũ ſuum, & lex quoque erubeſcit permittere filios correctores eſſe parentum, qui ſunt mentis compotes, quoniam ſi dementes fiunt, debent eos regere, atque vt filij clariſſimi protegere, & eorum curam diligenter habere, ne periclitentur. Sed ut quid oues repræhendunt paſtorem ſuum? inſanire prorſus viderentur oues, ſi paſtorem filius, ſi patrem, ſeruus ſi dominum conarentur ſibi ſubiugare, atque iniquis obligationibus illos ſuæ poteſtati ſubijcere. Haud igitur audeant filij hominum aliquid cogitare contra poteſtatem B. Petri, niſi velint quamprimum incidere in laqueos diaboli; illi tantummodo, & non alijs dictum eſt à Domino, Dabo tibi claues Regni cœlorum, & ille pro ſua, eiuſquè in eodẽmet officio ſucceſſoribus perſona, & perſonis claues accepit cum poteſtate magna ligandi, atque ſoluendi, & ipſe ſolus vocatus eſt ad poteſtatis plenitudinem, cæteri verò Pontifices in partem ſollicitudinis ſunt deputati. nõ ergo debẽt Reges, cæteriquè Principes terræ ſuam anteferre dignitatem eorum officio, ac dignitati, præcipuequè Summo Pontificatui, cum nec pudeat Imperatorem Auguſtiſſimum ſe appellare eius filium chariſſimum; & Iuſtinianus inuictiſſimus Imperator dicat de ſe ipſo loquens ad Romanum Pontificem; Reddentes honorem Apoſtolicæ Sedi, & veſtræ ſanctitati, quod ſẽper nobis in voto fuit, & eſt, prout decet patrem honorantes veſtram beatitudinem. non ſe igitur grauẽt Imperatores, nec putent ſe in ea, quæ diuina ſunt, imperiale aliquod ius habere, nec velint ſe extollere, ſi cupiunt diutius imperare, ſintquè Deo ſubiecti, qui præcepit dari quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.

Mat. c. 10.

C. de Sũma Trin. de fid. cath.

Deo. Ad Imperatorem palatia quidem pertinent, ad Sacerdotes verò Eccleſiæ, quod ergo Sacerdotis eſt, faciat Sacerdos, & quod Imperatoris, Imperator. ſed q̃d quæſo honorificentius eſt, quàm vt Imperator Eccleſię filius eſſe dicatur? Eccleſię, quam mundanis legibus ſubijci nullo modo permittere debet, cum ipſa ſit mater omnium, & magiſtra; cui ſi commiſſa eſt à Domino cura animarum, multò magis credita eſſe debet cura rerũ temporalium, quæ reſpectu animarum ſunt nullius valoris, nulliuſquè momenti, (quis enim ignorat animam prætioſiorem eſſe cunctis rebus corporalibus?) cum, & Chriſtus quoque curam habuerit, & animarum, & corporum, ac eorum præcipuè, quæ à varijs ipſe curauit lãguoribus? hanc ipſam auctoritatem, atque poteſtatem ſuper animas, inquam, & corpora mortalium ipſe contulit B. Petro, qui eandem poſtea reliquit omnibus ſuis ſucceſſoribus canonicè pro tempore electis. Et ideo Gratianus inquit, Prælatos debere ſubditis ſuis non ſolum ſpiritualia, ſed etiam carnalia ſubſidia miniſtrare exemplo Chriſti, qui turbas, quæ illum ſequebantur, non ſolum docebat verbum, ſed & corporalibus alimẽtis reficiebat, nam corporalia ordinantur ad animam, tanquam ad finem proprium, ob quem creata fuerunt, ſicut enim homo factus eſt propter Deum, ut illi famuletur, & ſeruiat vbique, ita mundus factus eſt propter hominem, ut illi ſeruiat, rebuſquè ſuis omnibus homo rationabiliter vtatur ad vtilitatem ſuam, & ad Dei honorem. totum igitur bonum eſt hominis, & quod factũ eſt propter ipſum, & propter quod factus eſt homo; omnia enim, ut ait Apoſtolus, noſtra ſunt, ſcilicet ſuperiora, æqualia, & inferiora; ſuperiora quidem noſtra ſunt ad perfruendum, ut Deus Trinitas; æqualia uerò ad conuiuendum, ſcilicet Angeli, qui etiam ſi modo ſunt

Matt. c. 14. 15. Marc. c. 6. 8. Ioan. c. 6. Act. cap. 5. Diſt. 39. in principio.

Omnia noſtra ſunt, ſuperiora, æqualia, & inferiora.

nobis ſuperiores, in futuro erunt æquales, qui & nunc quoque noſtri ſunt, quoniam ad uſum nobis ſunt, ſicut res dominorum dicuntur eſſe, & ſeruorum, non dominio, ſed quia ſunt ad uſum eorum, ſic & ſupernæ illæ mentes cœleſtes noſtræ eſſe dicuntur, eò quòd ad utilitatem noſtram eorum exequuntur miniſterium, non-
Heb cap. 1. ne inquit D. Paulus, omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis? ò dignitas hominum præclara; ò bonitas immenſa creatoris, qui nedum creaturas cœleſtes deputauit ad eorum cuſtodiam quamprimum in lucē prodierũt, ſed omnia quoque ſubiecit ſub pedibus eorum; noſtra tandem ſunt omnia inferiora, quia propter
Pſal: 8. nos facta ſunt. Agnoſcat igitur homo quomodo amore ſit illum proſecutus Deus, qui creauit mũdum propter eum, ut illi mundus ipſe ſeruiret, fecit Deus mundum propter hominem, & hominem propter ſe, mundus igitur ſeruiat homini, & ipſe Deo; ſentiat ergo homo ſeruitium, & reddat debitum creatori ſuo, & cum accipiat benignitatem, non reddat niſi charitatem, quia ipſius ſunt omnia, ſiue mundus, ſiue uita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura, omnia ipſius ſunt, ipſe uerò Chriſti,
Heb. cap. 2. Chriſtus autem Dei. At ſicut anima dominari debet corpori, & carni, tanquam domina ancillæ ſuæ, ſicut altera Sara Agar famulæ ſuæ, ita & Chriſti Vicarius, tãquam ille, cui præcipuè credita eſt animarum cura, do-
Gen. c. 16. minari debet dominio ſalutari quibuſcunque inferioribus conſtitutis ſub rationalis animæ poteſtate; nam ſicut diuina debent ſupereſſe humanis, & cœleſtia terrenis, ſic & Papa qui diuina pertractat, & cœleſtia, debet ſine dubio præeſſe terrenis omnibus, quia lex Chriſti ſacerdotali poteſtati vult ſubijci cunctas poteſtates terræ, quoniam illi uni dedit auctoritatem maximam,

dedit

dedit principatum excellentiorem alijs principatibus. iuſtum igitur, ac rationabile eſt, vt ſpiritui cedat caro, vt cæleſtibus pareant terrena, vt diuinis ſubſint humana. Certè nulli dubium eſt, quòd Dominus Petrum in ſummum Sacerdotem elegit, dum illi ex omnibus, & pro omnibus vni claues regni cœlorum tradere voluit, ex quo Princeps Sacerdotum quaſi via ſequentium, & ſummus Sacerdos, & Pontifex Maximus nuncupatur, vnde & Sacerdotes, & Leuitas efficit, & ordines omnes Eccleſiaſticos diſponit, & quod vnuſquiſque facere debeat oſtendit; & cum ſit omnium hominum ſiue dominorum, ſiue ſubditorum moderator, pater, paſtor, & doctor orbis terrarum, quid mirum ſi, & Reges, & Imperatores humiliter ſubmiſerunt ſe culmini Apoſtolicæ Sedis? quorum quidem primus fuit Conſtantinus ille magnus Imperator Auguſtiſſimus, & inuictiſſimus, qui Dei optimi virtute liberatus à lepra, & à B. Silueſtro, ſummo illis diebus Romanæ Sedis Pontifice, baptizatus, & ad fidem Catholicam verè conuerſus, Romanam Vrbem, (dicant quicquid velint inimici crucis Chriſti de hac ipſa re) & B. Silueſtro, & ſuis omnibus ſucceſſoribus dedit, donauit, reliquit, ac relaxauit in Vrbe vtriuſque poteſtatis Monarchiam diſponendam omnibus Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus, non rationabile, neque iuſtum reputans, vt vbi Sacerdotij principatum, & Chriſtianę religionis caput cœleſtis Imperator inſtituit, illic terrenus, ac mortalis Imperator exerceret poteſtatem. in Romano igitur, & excelſo ſolio B. Petri Sedes iam collocata, libertate plena in ſuis peragendis per omnia potitur, nec vlli ſubeſt, quæ ore diuino agnoſcitur cunctis eſſe prælata Eccleſijs, nedum quatuor alijs maioribus Alexandrinæ ſcilicet, Antiochenæ, Hieroſolimitanæ, atque Cõſtantino-

Matth. c. 16.

Cõſtãtinus Magnus fuit primus Imperator, qui recognouit poteſtatem Papæ.

tinopolitanæ. Poſt Conſtantinum verò Ludouicus primus huius nominis Imperator confirmauit Romanis Pontificibus ea omnia, quæ illis à prædeceſſoribus ſuis conceſſa, atque donata fuerant: ſicut etiam Rodulphus Rex Alemaniæ donauit Eccleſiæ Romanæ Ciuitatem Bononiæ cum ſuo diſtrictu, ac totam Romandiolam, quam tamen prius illi donauerat Pipinus pater Caroli Magni. huiuſmodi ergo donationem liberaliſſimã debent ratam habere, tueri, atque deffendere Imperatores omnes pro viribus ſuis ad ſalutem animæ, ad conſeruationem vitæ propriæ, & ad augmentum Imperialis culminis. Regnum præterea Neapolitanum, ac inſula Siciliæ ſunt partes patrimonij B. Petri, inſuper & Regnum Angliæ, quod Rex iam accepit ab Eccleſia Romana in feudum. Tanta eſt igitur celſitudo, excellentia, ac dignitas ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſummiq; Pontificis, vt Auguſtiſſimi Imperatores non reputarint indignum accipere ab ipſo vnctionẽm, confirmationẽ, conſecrationem, imperij coronam, ac ſua ſubmittere capita illius maieſtati. Et rectè quidem, quia ipſe Romanus Pontifex eſt ille, qui transfert Imperium, & Regna, tranſtulit enim Imperium à Græcis ad Francos, tũ ab eis ad Germanos, ex quibus conſtituit ſeptem primarios viros tres Eccleſiaſticos, ſcilicet Archiepiſcopos Moguntinum, Colonienſem, ac Treuirenſem, reliquos verò ſæculares, nempè Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ, Marchionem Brandeburgenſem, & Regem Bohemiæ; qui vltimus, vt nonnulli aſſerunt, non debet de neceſſitate intereſſe electioni, at verò tantummodo cum omnes ſupradicti electores inter ſe eſſent in electione diſcordes, deditquè eis auctoritatem eligendi Imperatorem. quam certè poteſtatem nequaquam illis conferre potuiſſet, niſi illam ſaltem habitu non

Bulla Pij V. in Reg nã.

Papa transfert Imperium, & Regna.

Electores Imperij.

Ext. de elec. c. Venerabilem.

non habuiſſet, cum nemo det quod non habet. Nam cum Imperium eſſet in Græcia, ac Deſiderius Longobardorum Rex Romanam vexaret Eccleſiam, Adrianus Papa Primus legatos miſit ad Baſilium Imperatorem, & ad eius filios Conſtantium, & Leonem Auguſtos Conſtantinopolim, rogans ut Eccleſiam defenderent ab infeſtatione illius iniquiſſimi Regis; quibus renuentibus ſupradictus Pontifex ſtatim ad Victorioſiſſimum Carolum Magnum Francorum Regem nūcios ſuos deſtinauit, qui expoſtularent ab eo, ut res Eccleſię Romanæ contra aduerſarios ſuos tueretur, atque defenderet; qui Chriſtianiſſimus Rex quamprimum ſe Romam verſus contulit, atque in itinere Papiam obſedit, ubi relicto exercitu adiit Pontificem, qui in diebus ſanctiſſimæ Reſurrectionis Domini Romæ illum honorificè ſuſcepit; tùm illinc diſcedēs inuictiſſimus Rex Papiam reuerſus eſt, ac Deſiderium deuicit, ſubiugauit, cæpit, rurſuſquè Romam rediit, vbi ſimul cum Romano Pontifice Adriano in Lateranenſi Eccleſia ſancti Saluatoris Synodum celebrauit, in qua interfuerūt centum quinquaginta quatuor Epiſcopi, multiq; præterea Abbates, & Prælati: & exinde translatum eſt Imperiū ad Francos, qui illud obtinuerūt per annos 103. & amplius vſque ad Arnulphum. cuius tempore cum Eccleſia oppugnaretur à Berengario Tiranno, nec illi Arnulphus opem ferret, Papa uocauit Ottonem Ducē Saxoniæ, ut ſibi, Eccleſiæquè ſuccurreret, ob quod poſtea Imperium translatum eſt ad Germanos per Ioannem Duodecimum, & Leonem Octauum, à quibus decoratus fuit inſignijs Imperialibus. Germani autem ſic vocati ſunt eò quòd ſub Romano Pontifice, & patre, ſanctaquè matre Eccleſia Romana, tanquam Germani ex utroque parente temporibus illis congauderent humi-

De reg. iur. lib. 6. ca. Nemo.

Imperiū fuit trāslatum à Græcis ad Francos, & à Francis ad Germanos.

Germani quare ſic uocati ſint.

humiliter obedire; nam illa Germania, quæ poſt Sci-thiam inferiorem à Danubio inter Rhenum fluuium, Oceanumquè concluſa cingitur, à Septentrione, & Occaſu Oceano, ab ortu verò Danubio, à Meridie Rheno fluuio dirimitur, propter fœcunditatem gignendi Germania eſt nuncupata; quaſi ergo ex fœcunditate diuinæ gratiæ, ſicut nouellæ oliuarum Eccleſiæ filij in circuitu menſæ domini, Germani meritò ſunt nuncupati. quamquam autem Imperium ſit principaliter à Deo, à quo omnis eſt poteſtas in cœlo, & in terra, ipſi tamen placuit, ut per manus ſui Vicarij, & offeratur, & confirmetur, cum ipſe ſuas gerat uices in terris, ſitquè ex eo, quòd eſt Vicarius ſuus, & reſidet Romæ, quæ eſt caput mundi, princeps orbis terræ, cui omnes poteſtates obedire tenentur tanquam Deo Optimo Maximo. Vt autẽ quiſque ſciat quomodo ſucceſſio Romani. Imperij ſit legitima, & quòd Imperator ritè, ac legitimè electus, atque poſtea à Romano Pontifice confirmatus, ſit verus, & legitimus Imperator, ac ſucceſſor antiqui Imperij, quod tot tiranni ui, & armis ſibi vſurparunt, illud non eſt ignorãdum, quòd Imperium primò fuit penès Aſſirios, quorum Rex primus fuit Ninus numis, & armis potentiſſimus, cuius Imperium dictum eſt Babilonicum; poſtea fuit apud Perſas, ac Medos, qui illud ſibi uſurparunt, cuius caput, & princeps extitit Arplaxat, qui cum multas gentes ſuo ſubiugaſſet imperio, debellatus poſtea fuit à Nabuchodonoſor Aſſiriorum Rege; Tertium, quod huic ſucceſſit, Imperium fuit penès Græcos, cuius Imperator extitit Alexander ille Magnus filius Philippi Regis Macedoniæ, qui quidem inuictiſſimus Alexander fœliciter debellauit Darium Regem potentiſſimum Perſarum, atque Medorum, ac uicit, & ſuperauit, eiuſq; magnum occupauit Imperium; quod

Imperiũ eſt à Deo, ſed datur p manus ſui Vicarij.

Imperium apud quos fuerit antiquitus.

poſtea

poſteà Romani nationum, ac populorum omnium potentiſſimi debellarunt, ditioniquè ſuæ ſubiugarunt, atq; æmulam Carthaginem penitus deleuerunt, ac eius totum Imperium occuparunt vi, & armis, ſicquè tandem poſt multos annos totius ferè orbis Domini euaſerunt. Ille igitur, qui præeſt eorum præclariſſimæ Vrbi, quæ fuit, & eſt orbis terrarum Domina, ſicuti præeſt ſpirituali, & æterno Regno (quis verò eſt hic, niſi Romanus Pontifex?) ita debet quoque præeſſe temporali Regno, ſine quò non ita facile ſpiritualia poſſunt gubernari. per ipſum igitur Reges regnant, & Principes imperant, & ideo obedire illi tenentur vniuerſi tanquam Deo inter homines, de neceſſitate ſalutis. ſicut namque actiones rerum naturalium procedunt ex potentijs naturalibus, ita & operationes humanæ procedunt ex humana voluntate; vnde ſicut in rebus naturalib. inferiora mouentur à Superioribus ordinatione virtutis diuinæ, ita in rebus humanis ſuperiores mouere debent voluntatē inferiorum iure auctoritatis diuinitus inſtitutæ, ergo & Imperator, & reliqui obedire debent Papæ, tanquam principali motori, & membro principali totius corporis militantis Eccleſiæ. meritò igitur per tot annorum circulos obſeruatum eſt, vt Auguſtiſſimi Imperatores confirmationem, vnctionem, coronationemquè accipiant à Summo Pontifice. Quid autem ſi in Imperatorem electus, eſſet indignus, vt puta paganus, hæreticus, ſchiſmaticus, tirannus, excommunicatus, Eccleſiæ Catholicæ inimicus, fatuus, vel chriſtianorum perſecutor? Ridiculum eſſet huiuſmodi confirmare in Imperio, immo impium, ac dementiæ, vel potius malitiæ ſignum manifeſtum. Nos quidem fatemur electionem Imperatoris ad Germanos pertinere virtutum merito, immo potius Romanorum Pontificum diſpoſitione; at verò fatean-

tur ipſi Imperatorem debere ceruicem ſubmittere ſub pedibus Vicarij Ieſu Chriſti, caueantquè nè partam dignitatem tanto tempore pacificè, ac quietè poſſeſſã, eorum ignauia, vel deteſtabili vita ammittant, cum ex quolibet mortali peccato incorrigibilis Imperator deponi valeat, atque priuari: ſicut etiam deponitur quotieſcunque inutilis eſt populo Chriſtiano. Nonne Zacharias Papa Regem Frãcorum tàm pro ſuis erroribus, quàm ex eo, quòd tãtæ poteſtati erat inutilis, depoſuit, Regnoquè priuauit, & Pipinum Caroli Magni Imperatoris patrem in eius locum ſubſtituit? ergo iuſtam ob cauſam poteſt Papa Imperatorem deponere, cum ad illum maximè pertineat corrigere quemlibet Chriſti fidelem de omni mortali crimine, illumquè coercere per diſtrictionem Eccleſiaſticam, ſi correctionem ſuam cõtempſerit, eò quod ipſe habeat plenitudinem poteſtatis, rebelleſquè omnes Sedis Apoſtolicæ cõpellere poſſit ad obediendum ſibi. hinc factum eſt, vt Innocentius III. Othonem Quartum, & Innocentius IIII. Federicum Secundum Imperatorem depoſuerit iuſtis ex cauſis, & Ioannes XXII. Ludouicum Bauarum, quod etiã legimus de multis alijs. Coadiutorem prꝑterea ipſi Imperatori malè res Imperij eidem creditas adminiſtranti aſsignare poteſt, & Regnum iuriſdictionem aſſumere, cum ipſi fuerint negligentes in rebus Regnorum adminiſtrandis, illoſquè compellere poteſt, vt iuſtitiam rectè adminiſtrent, & ius Canonicum obſeruent. Ex his igitur, quæ hucuſquè ſunt à nobis in medium breuiter allata, conſtat clarè quantum auctoritas Pontificis Romani præualeat ſuper Imperialem celſitudinem, quam ipſe tranſtulit, examinat, confirmat, infirmat, approbat, coronat, vngit, conſecrat, punit, deponit, priuat, eius ſententiam reuocat, & infringit cum iniuſta decernit.

Glo. 40. diſt. c. ſi papa in fin. 15. q. 6. c Alius.

Ex. de Iud. c. Nouit. lib. 6. de ſen. & re iud. c. Ad Apoſtolicæ.

lib. 6. de ſup. neg. præ. ca. Grandi. 24. c. Adminiſtratores.

In Clem. de ſẽt. & re iud. c. paſtoralis.

nit. quæ quidem cuncta ipſe haud facere poſſet, niſi in his omnibus iuriſdictionem ordinariam, ac ſupremam non haberet, nam eius eſt deponere, cuius eſt ponere, quia omnis res per eaſdem cauſas diſſoluitur, per quas naſcitur, & ille maledicit, qui & benedicit. Imperatoris ergo eſt obedire Summo Pontifici, nam leges Imperiales non ſunt ſupra leges Canonicas, ſanctioneſquè Summorum Pontificum, nec iudicia Eccleſiaſtica diſſolui poſſunt per Regias Conſtitutiones. ex quibus ſanè omnibus manifeſtum eſt Imperatorem, & omnes Reges, cunctoſquè Ieſu Chriſti fideles ſubiectos eſſe Papæ, quê Dominus conſtituit Vicarium ſuum, vt gregem ſuum in vltimum finem dirigat, in fide inſtruat, in charitate accendat, & in ſpe confirmet, & qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, Petro, ſucceſſoribuſquè ſuis debent eſſe ſubiecti, & in omnibus obtemperare tanquam ipſimet Deo, qui eundem Petrum inſtituit ſuper omnes homines in terris Vicarium ſuum generalem tàm in temporalibus, quàm in ſpiritualibus, vt ſępius dictum eſt, quia temporalia veniunt in conſequentia ad ſpiritualia; & ideo Imperator ſubeſſe debet Papæ, tanquam inferior ſuo Superiori, & filius patri; & ſicut eſt cōditor temporalium legum, ſic debet conſulere æternam, incommutabilemquè legem, ſecundum cuius regulas incommutabiles quid pro tempore iubendum ſit, vitandumquè diſcernat. & ideo quicũque Imperatorum legibus, quæ pro Dei veritate, & honore feruntur, obtemperare recuſat, dignus eſt magno ſupplicio, ſicut è contra dignus eſt ingenti præmio, qui legibus Imperatorum, quæ contra Dei honorem feruntur, non vult obtemperare; cum itaque de cauſis Dei agitur, iuxta ipſius regiam voluntatem omnes terrenæ poteſtates Sacerdotibus Chriſti ſubdantur, non præferantur, & ideo non licet, inquit Si- Diſt. 10.

macus Papa, Imperatori, vel cuiquam pietatem cuſtodienti, aliquid contra diuina mandata præſumere, nec quicquam, quod Euangelicis præceptis, & propheticis, aut apoſtolicis regulis obuiet, agere. ex quo patet, quod nec Imperator, nec alius quiſpiam inferior poteſt dare legem Eccleſiæ; quod exemplo motorum corporum cœleſtium facilè demonſtrari poteſt: nã illa ſuperior mundi pars ita regitur, atq; gubernatur, ut immediatus motor poſt primum motorem, qui eſt Deus Opt. Max. mouet ad nutum, & imperium ipſiuſmet primi motoris, vnde mouens primum corpus reſpicit primam intelligentiam, ſcilicet Deum; ad cuius quidem nutũ mouent itidem cæteri inferiores motores alia, quæ ſequuntur corpora inferiora vſq; ad vltimam ſphæram, quæ eſt ſphæra Lunæ; ſimiliter, & omnes hominum motus reſpicere debent motum, ac voluntatem Summi Pontificis, qui poſt Deum eſt primus motor in toto terrarum orbe, & immediatior cæteris ad Diuinã voluntatem adimplendam, & eius æternam legem obſeruandam; Imperator verò tanquam inferior illo debet ad motum, ac metum eius, tanquam miniſter illius mouere inferiora corpora ad id, quod intenditur, ut ſcilicet vniamur Deo vnitate uoluntatis ſub certis regulis iuſtitiæ Dei, ac eius Vicarij Summi Pontificis ad æternam legem indeficiẽtem, ſcilicet charitatem Dei, & proximi, quæ in patria erit perfecta, ubi Deus erit omnia in omnibus; quamdiù enim durat mundus iſte corruptibilis Angelis Angeli, homines hominibus, & dæmones dæmonibus præſunt, ſed in illo Superiori mundo omnis euacuabitur prælatio, quia ut dictum eſt, Deus erit omnia in omnibus, nõ tamen ceſſabit maioritas, nec ordo, quoniam in patria omnia ſunt, eruntquè ſemper ordinatiſsima, & omnia ſumma pace, ineffabiliquè ibi fruũntur tranquillitate; quam

D. Aug. lib. 10. de Ciuit. cap. 6.

quam etiã omnes Chriſti fideles ſemper exoptare debent, dum uita uiuent in terris, ut ſub uno Deo unum quoque ſint omnes,conſeruentquè unitatem ſpiritus in uinculo pacis. ad cuius conſeruationem quis neſcit eſſe penitus neceſſarium unum principalem directorem,ſub cuius regimine omnes alij conquieſcant, tanquam ſub regimine gubernatoris nauis, in qua ſi Imperatores,& Reges eſſent,libenter conquieſcerent? multo magis ergo obtemperare illi debent Papæ in his maximè, quæ ad Deum ſpectãt,& ad finem ſalutarem; ordo enim iuſtitiæ requirit, vt inferiores ſuis obediant ſuperioribus, quia iuſtum eſt reddere vnicuique quod ſuum eſt, aliter ſtatus humanarum rerum minimè conſeruari poſſet, quia effrenata cupiditas multa quotidie generat litigia,ut niſi iuſtitia occurrat uirtute ſua, concordia extra mundi terminos exularet,quid enim ſunt Regna,remota Dei iuſtitia,niſi magna latrocinia? Illud verò diligenter animaduertẽdum eſt, quòd Chriſti fideles obedire minimè tenentur niſi in his, quæ iuſta ſunt, unde inferior ſemper tenetur obedire ſuo Superiori quotieſcunque illi præcipit aliquod rationabile, & quod non eſt contra Dei legem, charitatem, & proximum, quoniam ſi ei aliud ſuperior, aliud verò lex diuina præciperet,debet Deo magis obedire, quàm ſuo ſuperiori, qui non eſt ſupra Deum,ſed Deo in omnibus, & per omnia ſubiectus. Triplex enim eſt obedientia; prima eſt ſufficiens ad ſalutem, quæ obedit in ijs, ad quæ obligatur; ſecunda eſt perfecta,quæ obedit in omnibus licitis; tertia eſt indiſcreta,quę etiam in illicitis obedire quandoquè ſolet.Sed Papa cum ſit Summus Sacerdos, Deique miniſter, & ouium Ieſu Chriſti paſtor, & ouilis Eccleſiaſtici moderator, & rector,non niſi iuſta, atque rationabilia præcipere, ac decernere debet, in quibus quidẽ

Inferior non tenetur obedire ſuo ſuperiori ĩ his, quæ ſunt cõtra Deum.

Triplex Obedientia.

omnibus

omnibus omnes tenentur obedire tanquam ipſi Deo, à quo ipſe vocatus eſt tanquam Aaron, & ſummus Sacerdos factus ſecundum ordinem Melchiſedech, qui fuit Sacerdos Dei altiſſimi. Et quoniam à Chriſto Domino, qui eſt ante omnia Imperia mundi ſecundum naturam diuinam, accepit Petrus papatum, & pro ſe, & pro ſuis ſucceſſoribus, ſequitur, quòd quicquid facit Papa circa Sacerdotes præcipuè, & Imperatores, Dei auctoritate faciat; vnde quando Sacerdos inſtituitur, dat ei Deus poteſtatem per miniſterium Pontificis, qui habet plenitudinem poteſtatis, quam Chriſtus Rex Regum, & Dominus dominantium illi in perſona B.Petri conceſſit; qui quidem Petrus, ut iam dictum eſt, in ius Chriſti, qui eſt Dominus totius vniuerſi, viſibilium omniũ, & inuiſibilium, ſucceſſit ab eo inſtitutus; ex quo ſequitur, quòd ius Petri præceſſerit ius tàm Cæſaris Auguſti, quàm aliorum omnium Imperatorum, qui & ante, & poſt exiterunt in vniuerſo orbe, ſi enim Domini eſt terra, & plenitudo eius, quid habet Eccleſia, quæ eſt eius ſponſa ab ipſo ditata ſpiritualibus, ac temporalibus theſauris, quod non ſit illius, qui eſt ſpõſus eius? qui etiam voluit eam habere loculos, prædia, poſſeſſiones, villas, caſtra, ciuitates, Regna, & etiam Imperia temporalia, vt amaretur, & ueneraretur à bonis, ac timeretur à malis, & ut ſuccurrat, & ſibi, & pauperibus neceſſitates patientibus. Sed quid? Deus qui fecit cœlum, & terram, & vniuerſa, quæ cœli ambitu continentur, ditat laicos, & Eccleſiæ ſponſæ ſuæ non debuerat partes aliquas rerum ſuarum contribuere? de theſauris ſuis aliquid illi conferre? illam quantũ ipſe uoluerit ditare? extollere? magnificare? ſuper omnes poteſtates, Reges, ac Principes exaltare? A' tempore igitur Magni Conſtantini vſque ad hanc noſtram tempeſtatem, & prædia, & bona mobilia,

Ius Petri pceſſit ius Cæſaris Auguſti, & aliorũ Imperatorũ.

Cauſæ, cur Eccleſia habet bona tẽporalia.

bilia,& immobilia tenuit,habuit, poſſedit. Quòd autẽ eiuſmodi bona non habuerit ante ſupradicti Imperatoris tempora, fuit non ex defectu iuris, ſed ex iniuſtitia, tirannide,& violentia principum, maximè illam perſequentium, ob quod nedum poterat pacificè bona ſtabilia poſſidere, ſed nec veritatem Euangelij liberè prædicare, immo tunc chriſtiani ſicut canes mactabantur. quando igitur fuit Eccleſiæ facta donatio, quam ſupra diximus, illa tunc potius recuperauit quod ſuum erat, quàm ſe tali donatione ſubiecerit donatori, cum ſoli Deo ſit ſubiecta,nulliquè poteſtati teneatur ſoluere tributum, quia eius caput, & Dominus Chriſtus declarauit,quòd nec ipſe,nec ſui tributum,uel cenſum tenebantur ſoluere alicui,quādo dixit Petro, Reges terræ à quibus accipiunt tributum,à filijs ſuis,an ab alienis ? & ille dixit, ab alienis, dixit illi Ieſus, ergo liberi ſunt filij; quibus uerbis clarè innuit Eccleſiaſticam libertatem. quare autem ipſe ſoluerit, cauſam ſubdit, ac rationem reddit,dicens, Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem, qui primo aſcenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies ſtaterem, illum ſumens da illis pro me, & te: quibus ſanè verbis plura meo quidē iudicio nobis declarat. primò innuit ſe Regem eſſe, ac filium ſummi Regis ſecundum Diuinitatem, qui etiam ſecundum humanitatem de ſtirpe regia pullulauit, quoniam ſecundum carnem factus eſt ei ex ſemine Dauid. ſecundo ſe eſſe liberum demōſtrauit, & per ſe eſſe liberos Eccleſiæ ſuæ ſeruientes, cum dixit,ergo liberi ſunt filij, ac ſi dixiſſet, Ego filius naturalis,& uos filij adoptiui ſummi Regis, qui dedit uobis poteſtatem filios Dei fieri, quia credidiſtis in nomine meo,ſumus liberi. tertiò ſatis apertè demōſtrat nos debere nonnunquam aliquid facere ratione euitandi ſcādalum,

Quid demōſtrauit Chriſtus in illis verbis, ad Petrum, Reges gentium terræ, &c.

Rom.c.1.

dalum, quod aliàs facere minimè deberemus. quartò oſtendit ſe nedum prophetam eſſe, at etiam pluſquam prophetam, cum dixit Petro, vt ad mare ſe conferret, & ibi inueniret, &c. Declarat autem Vrbanus Papa, cur totum piſcem non eſt iuſſus Petrus dare pro tributo, ſed

23. c. Tributum. tantùm ſtaterem inuentum in ore piſcis, cum dicit. Nō autem totum piſcem iuſſus eſt dare, ſed tantum ſtaterem, qui in ore eius inuentus eſt, quia non Eccleſia dari Imperatori, non Pontificalis, apex, qui in ore capitis

Vacātè Imperio ſuccedit Papa, nō autē vacāte Sede ſuccedit Imperator. Eccleſiæ præeminet, ſubijci poteſt Regibus. Quamuis autem poteſtates ſint diſtinctæ, quia alia eſt Pōtificis, alia uerò Imperatoris, Papa tamen quandoquè aſſumit utramque, & in ſpiritualibus, & in temporalibus, Imperator autem minimè, nā uacante Imperio ſuccedit Pontifex, non autem uacante Sede ſuccedit Imperator, ut

Nauar. omnes Doctores unanimiter aſſerunt, & præcipuè Nauarus. quæ enim communicatio cani, & sācto? prophanis, & diuinis? ſubdito, & Domino? & quomodo poteſt Imperator in Eccleſiaſticis ſuccedere dignitatibus, cū ſit inhabilis ad huiuſmodi poſſidenda, atque tractāda?

Daniel. c. 5. mementote quid Balthaſari Regi acciderit propter uaſa templi ab eo cōtaminata, nam morte percuſſus fuit.

2. Paral. cap. 26. Oſias etiam Rex Iuda, quia ſacerdotum officia ſibi uoluit uſurpare, à Domino lepra percuſſus fuit. & Helio-

2. Mach. c. 3. dorus miſſus à Rege Antiocho ad templi ærarium ſpoliandum, calcibus equi mirabiliter apparentis, impetitus, ſemiuiuus relictus eſt. ſed quid multis moror? ſi Imperator ſuccederet in Papatu, ſolueret animas, atque ligaret, ſed non Imperatoribus, ſed piſcatoribus data eſt poteſtas ligandi, atque ſoluendi; meritò igitur dignitas Pontificalis excellentior eſt, atque ſublimior dignitate regali. quòd eò magis conſtat, quia regalis per ſacerdo-

Par. 2. ca. 4. talem ordinata eſt, ut probat Hugo libro 2. de ſacra-

mentis,

mentis,cuius verba ſunt hæc. Poteſtas ſpiritualis,quantum ad diuinam inſtitutionem attinet,& prior eſt tempore,& maior dignitate, vt in illo priori populo manifeſtè declaratur; vbi primò à Deo inſtitutum eſt ſacerdotium,poſtea verò iubente Deo, per ſacerdotium regalis poteſtas eſt ordinata; ſic enim Dominus ad Samuelem locutus eſt primo Reg. audi vocem populi in omnibus,quæ loquuntur,poſtea ſubiu git, & dedit eis Regem Saulem, & licet temporalis poteſtas ſit à Deo, intelligendum eſt ſecundum quandam ſubordinationem ad Summum Pontificem Dei Vicarium, qui habet inſtituere,& regulare eam ſi bona ſuerit, ſin autem mala iudicare. Quilibet ergo ſiue Princeps,ſiue Rex, ſiue ſit Imperator ſubijcitur nedum Pontifici,ſed etiam alijs Epiſcopis,& ſuo ſimplici ſacerdoti,à quo ſoluitur, ligatur, & iudicatur quando eſt opus, & quando ſe ſe offert occaſio. è contra verò nullus Clericus quantumcunque minimus,exiſtens Clericus, & vtens priuilegio clericali, nulli ſubijcitur laico. propterea ſanctus Ambroſius dixit Valentiniano Imperatori; Noli te grauare Imperator, vt putes, te in ea quæ diuina ſunt, imperiale aliquod ius habere,noli te extollere,ſed ſi vis diutius imperare,eſto Deo ſubditus,ſcriptum eſt quæ Dei Deo,quæ Cæſaris Cęſari;ad Imperatorem palatia pertinent,ad ſacerdotem Eccleſiæ. Sic etiam teſtatum eſt per Oſium Cordubenſem Epiſcopum Conſtantino Imperatori dicẽtem, ſicut B.Athanaſius refert, Ne te miſceas Eccleſiaſticis Imperator, neque nobis in hoc genere præcipe,ſed à nobis ea diſce; tibi Deus Imperium commiſit,nobis quæ ſunt Eccleſiæ concredidit. Addo inſuper,quòd ſicut vnus eſt Deus incomutabilis, cui ſoli debetur honor, & gloria, ſic vnus eſt eius Vicarius generalis in terris Romanus Põtifex, cui omnes homines

Cap.8.

D.Ambr.

S.Athan.

Diſt.96.c.7. latis eu dem ter.cap 8.in ſcriptur.s.c. 9. quis dubitet.

O debent

debent eſſe ſubiecti, cuiuſuis ſint conditionis, & in omnibus tenentur obedire; cuius nauis ſtabilis eſt, & immutabilis, quæ ſi quandoque fluctuat, ac turbatur, non tamen mergitur, operitur, ſed non cooperitur fluctibus; ipſe eſt vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus, ouium, & agnorum Chriſti paſtor, æternæ vitæ clauiger, Dei vicem gerens, patrum omnium pater, paſtorum princeps, in cuius ditione cuncta ſunt poſita; in cuius pectore ſunt vniuerſæ leges, & iura, cui omnes iure diuino obediũt, tanquam Domino Ieſu, cui omnes mundi primates caput inclinant, qui poſtremò omnes benedicit; ex quo patet, quòd omnibus maior eſt, nam qui benedicit, maior eſt eo, qui benedicitur. Dicam amplius, quòd omnis poteſtas, quæ in Eccleſia eſt, à Deo eſt; non enim eſt poteſtas niſi à Deo ait Apoſtolus; cùm autem ea quæ à Deo ſunt, ordinata ſint, quis non videt, quòd iſtæ duæ poteſtates, ſpiritualis, & temporalis, quæ in Eccleſia ſunt, ordinatæ debent eſſe omnino? quomodo autem eſſent ordinatæ, & non potius diſſipatæ, ſi vna non ſubijcitur alteri? non ſpiritualis temporali, quia nobilior non ſubijcitur ignobiliori, ergo temporalis ſpirituali, tanquam eminentiori; & ideo ad eius iudicium omne arduum, ambiguum, atque difficile refertur tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, ut conſtat per cap. Venerabilem ex. qui ſi. ſint. legit. & pro omnibus in diuino examine rationem eſt redditurus. hinc eſt, quòd Hugo de ſacramentis hanc Pontificiam, ſeu Eccleſiaſticam maieſtatem extollens, ita loquitur. Quanto vita ſpiritualis dignior eſt, quàm terrena, & ſpiritus quàm corpus, tantum ſpiritualis poteſtas terrenam poteſtatẽ, & inſtituere habet vt ſit, & iudicare ſi bona non fuerit; ipſa verò à Deo inſtituta eſt primum, & cum declinat, à ſolo Deo iudicari poteſt, dicente Apoſtolo, ſpiritualis

Rom. cap. 8.

ex. q. ſi. ſint leg. c. Venerabilem. Hugo. lib. 2. par. 2. c. 4.

lis omnia iudicat, & à nemine iudicatur. Et S. Ambroſius in ſuis ſcriptis oſtendit, quòd aurum non tàm pretioſius eſt plumbo, quam regia poteſtate ſit altior ordo ſacerdotalis, & iterum dicit, ſublimitas Epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari; ſi Regũ fulgori compares, & principum diademati, longè erit ſuperius, ita enim hæc erunt inferiora, vt ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares, quippè cum videas Regũ colla, & Principum ſubmitti genibus ſacerdotum, & oſculata eorum dextera, orationibus eorum credant ſe communiri. & ideo poteſtas temporalis regulabitur, & ſubijcietur ſpirituali, & per conſequẽs Rex, & Imperator Pontifici. Quod Ioannes Pontifex docuit Diſt. 96. c. ſi Imperator. cuius verba ſunt hæc in fine capitis. Imperatores Chriſtiani ſubdere debent executiones ſuas Eccleſiaſticis Præſulibus, non præferre. nam poteſtas ſpiritualis ordinatur immediatè ad finem ſimpliciter vltimum conſequendum, qui finis vltimus eſt vita æterna, & ſummum bonum, dicente B. Auguſtino; fecit Deus rationalem creaturam, ut ſummum bonũ intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, & poſſidendo frueretur. Poteſtas autẽ temporalis ordinatur etiam ad iſtum finem vltimum conſequẽdum, ſed mediatè, hoc eſt mediãte poteſtate ſpirituali, prout poteſtas temporalis ordinatur ad cultũ Dei dilatandum, & defendendum, qui cultus diuinus eſt actus ſpiritualis poteſtatis; ergo cum poteſtas ſpiritualis ordinetur immediatè ad iſtum finem vltimum, & poteſtas temporalis mediante ſpirituali ad eundem dirigatur, dicendum eſt, quòd ſpiritualis poteſtas antecellit tẽporalem, & ſublimior eſt temporali, quia per ſe cõſequitur vltimum finem, quod non facit temporalis, niſi mediatè. Poteſtas autem ſpiritualis temporalem tripliciter excedit. primò ex deci-

i. Cor. c. 2. D. Ambr.

Diſt. 96. c. ſi Imperator.

D. Auguſt. Poteſtas ſpiritualis immediate ordinatur ad finem vltimum, tẽporalis, vero mediate.

Poteſtas ſpiritualis excedit tẽporalem tripliciter.

marum ſolutione, quas poteſtas tẽporalis Eccleſiæ ſol-
uit in recognitionem ſeruitutis Dei, à quo habet res tẽ-
porales, & imperium ſuper eas, ſicuti exẽpli gratia ali-
qui ſunt alicuius Principis tributarij ratione feudi, qđ
tenent ab ipſo Principe. 16.q.1.c. Decimæ. ſecundo ex
ſanctificatione, & benedictione, quia poteſtas ſpiritua-
lis ſacrat, & benedicit temporalem; qui autem benedi-
Hebr. cap.7. cit, ait Apoſtolus maior eſt eo, qui benedicitur. Diſtin.
21.c. Denique. Tertio ex rerum gubernatione, quia ſi-
cut in ordine rerum ſpiritualia regunt corporalia, &
corporalia groſſiora per ſubtiliora reguntur, ſic in Ec-
cleſia, quæ ordinatiſſima eſt, poteſtas temporalis per
ſpiritualem regitur, vt corpus per animam, quæ ei præ-
ponitur. Diſt.38.cap.Sedulo. Et ſicut in vniuerſo vnum
corpus per aliud gubernatur, & corpus per ſpiritum, &
ſpiritus inferior per ſuperiorem, & omnis ſpiritus per
S.Leo Papa. Deum, dicente B.Leone Papa, tunc ex natura pax ho-
minis eſt, & vera libertas, quando & caro animo iudice
regitur, & animus Deo præſide gubernatur; ſic in Con-
gregatione fidelium, quæ Eccleſia eſt, temporalis pote-
ſtas per aliena temporalem, & illa temporalis per ſpi-
ritualem, & vna ſpiritualis per aliã, & omnis ſpiritualis
per vnam primam, hoc eſt per poteſtatem Summi Pon
tificis gubernatur. Hinc eſt clara interpretatio verborũ
Pſal.2. Dauid pſal.2. Et nunc Reges intelligite, erudimini qui
iudicatis terram. dicit Gloſa, quòd hìc loquitur Chri-
ſtus ad Reges terræ, & ait illis; Ecce ò Reges, quòd nũc
me conſtituo Regem, ſicut iam prædixi vobis; Conſti-
tutus ſum Rex ab eo; propterea vos, qui iudicatis terrã,
ne contriſtemini me Regem habere, ſed intelligite, &
erudimini, expedit enim vobis, vt ſub illo ſitis, à quo
eſt intellectus, & eruditio: ne temerè igitur dominemi-
ni ſicut illi, qui nulli putant ſe eſſe ſubiectos, & Domi-

no

Digitized by Google

no omniũ ſeruite, ideſt Chriſto filio Dei, & conſequenter ſeruite eius Vicario, quem ſui loco præfecit Eccleſiæ vniuerſæ. Animaduertendum eſt tamen, quòd licet Põtifex Romanus, vt diximus vtramque habeat poteſtatẽ & ſpiritualem, & tẽporalem, ex hoc non ſequitur, quòd ſuperflui ſint in Eccleſia Principes tẽporalem poteſtatẽ habentes, ſunt enim neceſſarij multiplici de cauſa. Primò propter executionem gladij temporalis, quem Pontifex Imperatori, & reliquis Principibus tribuit, ne Eccleſiaſtici polluantur, & ſanguine contaminentur. Secundo ſunt Eccleſiæ neceſſarij Principes propter auxilium, nam multoties ſpiritualis non poteſt per ſe exercere omnia illa, ad quæ habet poteſtatem, ſed indiget auxilio, quod auxilium ei præſtat poteſtas temporalis. ideo Iſidorus dicebat, Principes ſæculi nonnunquam intra Eccleſiam poteſtatis acceptæ culmina tenent, vt per eandem poteſtatem diſciplinam Eccleſiaſticã muniant; cæterum intra Eccleſiam poteſtates neceſſariæ non eſſent, niſi vt quod non præualent ſacerdotes efficere per doctrinæ ſermonem, hoc imperet poteſtas per diſciplinæ terrorem; propter quem reſpectum Imperator promittit, & iurat ſe protectorem fore, ac defenſorem Romanæ Eccleſiæ, Summiquè Pontificis in omnibus vtilitatibus, & neceſſitatibus ſuis. Fœlix igitur Roma, vbi ſe contulit Petrus, vbi thronum tenuit, vbi vixit, vbi prædicauit, vbi miracula fecit, vbi occubuit, vbi triumphauit, vbi tandem requieuit. Extollant te alij ò Roma à magnitudine, ab antiquitate, à pulchritudine, ab ædificijs, à principatu, à rebus bellicis, à linguę lepore, à tiberinis vndis, ab arce, à Vaticano, à ſacris collibus; Ego te vnicè colo, te veneror, te admiror, te beatã prædico, quòd Petrus totius Eccleſiæ Princeps, Chriſti Vicarius, Clauiger ætereus, vniuerſi orbis magiſter intra

In Eccleſia non ſunt ſuperflui Principes tẽporalẽ poteſtatẽ habẽtes.

Lib. 3. de ſũmo bono.

Roma laudatur.

tra mœnia tua vixerit, regnauerit, imperauerit, prædicauerit, toto mundo iura dederit, vitam finierit, ac preciosiſſimum illud theſaurum corporis ſui, ſuper aurum, & topazion tandem reliquerit; hoc te Illuſtriſſimam facit; hoc te toti orbi admirabilem reddit; hoc te Principem conſtituit. Et dicant quicquid velint Aduerſarij omnes, certum eſt, quòd Eccleſia Romana, in cuius Sede reſedit Petrus, & Petri ſucceſſor, vera Eccleſia Chriſti eſt, extra quam non eſt ſalus, quæ caput, & cardo à Domino, & non ab alio eſt conſtituta, & ſicut cardine oſtium regitur, ſic huius ſanctæ Sedis auctoritate omnes Eccleſiæ, diſponente Domino, reguntur. Non ſunt Eccleſiæ veræ Auguſtana, vel Saxonica, Vuirtembergenſis, Oſiandrina, Figurina, Suenkefeldiana, Picardina, Moncerana, ſiue Menomiana, aut Pacimontana, Seruetiana, ſed omnes ſunt Sinagogæ Sathanę; ſola Eccleſia Romana vera Eccleſia, & Chriſti Eccleſia eſt: quod probatur ex actibus Xiſti ſecundi, Fœlicis primi, Marcelli, Melchiadis, & aliorum omnium Pontificum, qui vſque ad B. Silueſtrum omnes ſancti fuerunt, & omnes martires. probatur etiam, quia in Oriente ſtare ſolebat Vicarius Epiſcopi Romani, qui modò Alexandriæ, modo Conſtātinopoli, modo Theſalonicæ habitabat. probatur deinde per id, quod verſauit inter Anaſtaſium beatiſſimi Papæ Leonis Vicarium, & Atticum Archiepiſcopum Epin, qui ambò Romam vocati fuerunt. probatur quoque ex eo quod legitur de eadem Leone, qui nunquam confirmare voluit Anatolium loco Flauiani defuncti, quamuis pro eo ſæpius exoraſſet Theodoſius Imperator, donec expurgatum eum cognouit de quadam ſuſpitione maxima, quam de eo habuit. probatur tandem hæc veritas ex humilitate multa, & ſingulari Concilij Nicæni, & Chalcedonenſis exibita Silueſtro,

&

& Leoni Pontificibus Romanis .concludendum eſt ergo quòd manet, viuit, & in æternum regnat hęc Romana Eccleſia omnium Eccleſiarum mater, omnium veritatum magiſtra, omnium virtutum exemplar, in qua ſaluantur, qui ſaluantur, extra quam nullus ſaluari poteſt. & ſimiliter Romanus Pontifex manet, viuit, & in æternum regnat ſuper omnes homines non ſolum Eccleſiaſticos, ſed etiam laicos, etiā ſi ipſi ſint Principes, Reges, ac Imperatores. Sed aliquis poſſet dicere, & ſi Romanus Pontifex ſit ſuper omnes, vt dictum eſt, de Concilio tamen vniuerſali legitimè congregato dubitant aliqui, an Concilium huiuſmodi ſit ſupra Papam, vel Papa ſupra Concilium: Dico ergo breuiter, quòd Pontifex à nemine iudicatur in terris, nec etiam ab vniuerſali Concilio, vt notatur cauſa 2.q.5.c. Mandaſtis, eſt enim ſuper omnia generalia concilia, quæ ab ipſo iuriſdictionem, auctoritatemquè recipiunt, & licētiam ſe congregandi. 3.q.6.c. Dudum. Nec ſynodus vniuerſalis in Pontificem etiam errātem, ſed corrigibilem iuriſdictionem habet, nec in eum ſentētiam depoſitionis profert etiā in caſu hæreſis, iuxta illud Diſt. 21.c. Nunc autem. Prima ſedes à nemine iudicatur. & illud in eodem ad Marcellinum, Tuo ore iudica cauſam tuam, nō noſtro iuditio. & illud in eodem. Noli audiri in noſtro iuditio, ſed collige in ſinu tuo cauſam tuam. & illud in eodem. Quoniam ex te iuſtificaberis, aut ex ore tuo cōdemnaberis. Eſt igitur concluſio certa, & infallibilis apud omnes Catholicos, quòd Pontifex nullum alium ſupra ſe habet, niſi ſolum Deum. quod in Romano Cōcilio, à ſancto Silueſtro congregato, canone vltimo fuit declaratum. hoc idem confirmauit Simmachus Papa in Concilio quinto Romano, dum ſententiam Enodij, tanquam ſuam propriam declarauit, dicens; aliorū hominum

Papa eſt ſupra Cōciliū.

Conciliū Romanum ſub. S. Silueſtro.

Quintū Cōcil Rom. ſub Simmacho.

minum cauſas Deus voluit per homines terminari, Sedis iſtius Præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio. Similia etiam legimus verba in Concilio generali octauo, actione ſeptima, & hæc ſunt. Romanum Pontificem de omnium Eccleſiarum Præſulibus iudicare, de eo verò neminem iudicaſſe legimus. Scribit quoq; Paulus Emilius libro tertio ſuæ hiſtoriæ, quòd cum quadā die coram Carolo Magno conueniſſet Concilium propter quaſdam calumnias Leoni tertio illatas, omnes Epiſcopi vna voce clamarunt, nemini licere ſummum iudicare Pontificem. & tandē in Concilio Lateranenſi ſub Leone Decimo ſeſſione vndecima determinatum eſt, quòd Summus Pontifex ſupra omne Cōcilium eſt, & ad ipſum ſolum pertinet conuocare, transferre concilia, licentiamquè eis dare. Sed non deſunt nonnulli malè ſentientes, qui huic veritati opponentes dicunt, quòd in Conſtantienſi, & Baſiliēſi Concilio ſancitum eſt, Concilium maioris eſſe auctoritatis, quàm ſit, Pontifex ipſe. ſed omnes ſciant, quòd Baſilienſe Conciliū fuit reprobatum ſub Leone Decimo in ſynodo Lateranenſi. Quòd ad Conſtantienſe attinet, dicēdum eſt, quòd Decretum illud intelligitur non de omni Pontifice, ſed de illo ſolo, qui Pontifex dubius eſt, ſicuti tunc temporis erat, nam tres homines ſe veros Pōtifices iactabant, & vnuſquiſque ſuos fautores, & ſequaces habebat, tunc in eo caſu verum eſt, quòd Concilium poteſtatem habet declarandi, quis nam ſit Pontifex legitimus; & illi qui tempore ſchiſmatis de Pontificatu cōtendunt, tenentur ſtare ſententiæ Eccleſiæ, totiuſquè generalis Concilij. ſed quando Pontifex canonicè electus eſt, & firmiter ab omnibus pro Pontifice habetur, ex illo Decreto non ſequitur, quòd teneatur Concilio obedire, nec quòd Concilium ſit ſupra Pontificem, ab illo

Paulus Emilius. Vide Ciaconum in vita Leonis Papæ tertij.

Quid dicendū de Cōc. Baſilienſi. & Cōſtantiēſi.

illo enim Concilia auctoritatem habent, virtutemquè recipiunt, ſicut membra à capite, & ſicut caput ſuper totum corpus pleniſſimam habet poteſtatem, non autem corpus ſupra caput: & paterfamilias ſuper totam familiam poteſtatem habet, non autem familia ſupra patrẽ: ſic Pontifex ius ſuper Concilium, non autem Conciliũ ſuper Pontificem. Et eſt notandum, quòd Concilium illud Conſtantienſe fuit à Martino Quinto approbatũ ſolummodo quantum ad ſchiſmatis extinctionem, & condemnationẽ Ioannis Vuikleph, & Ioannis Huſs hæreticorum; quò verò ad reliquas ſanctiones reprobatũ fuit, quia celebratum eſt abſque Pontifice, vnde non habebat auctoritatem declarandi ea, quæ ad fidem ſpectant, nec terminandi negotia grauiſſima Eccleſiæ. Ex dictis igitur patet maxima excellentia dignitatis, & poteſtatis Summi Pontificis ſuper omnes homines tàm Eccleſiaſticos, quàm laicos, quamuis Principes, Reges, & Imperatores; & quòd Romanus Pontifex nullum habeat ſuperiorem, niſi ſolum Deum.

Ad quid Romani Pontificis ſe extendat auctoritas.

Tractatus. Octauus.

VErùm enim verò ad quid tandem, quæſo, protenditur auctoritas Pontificis Maximi? Ad nullum malum, & ad omne bonum, cũ ſit in terris quaſi Deus, maior omni homine, & minor Deo, plenitudinemquè poteſtatis, vt in ſuperioribus dictum eſt, obtineat inter omnes homines, qui obedire illi tenentur, cum totius orbis habeat principatum, & ſuper omnes habitantes in quibuſcunque mundi partibus iuriſdictionem, vt ſupra

Poteſtas Pontificis eſt ad nul ũ malũ & ad omne bonum.

P pra

pra pluries declaratum fuit, cum ſit B. Petri ſucceſſor, cui æternæ vitæ clauigero terreni ſimul,& cæleſtis Imperij iura commiſit Chriſtus, cuius ipſe eſt ſingulariſſimus Vicarius, & princeps ſacerdotum, qui Maximus Pontifex appellatur,ac ſummus Sacerdos,qui facit Sacerdotes, & Leuitas, ac omnes Eccleſiaſticos ordines diſponit,& quid vnuſquiſque facere debet,oſtendit.illi igitur tanquam Chriſto Domino omne genuflectatur,cum nec inuictiſſimi Imperatores capita eidem ſub mittere non dedignentur,cum non ignorent illum eſſe columnam,ſaxumq. immobile totius Eccleſiæ,totiuſq. vniuerſi molem eo modo regere, atque gubernare,quò ſupra fuit declaratum.& ideo Domini Electores talem debent in Eccleſia ſancta Dei columnam erigere, qualem plus agnoſcũt populo Chriſtiano profuturam.qui namque ſublimari mærentur ad tantam celſitudinem, ſingulis debet iuuare, & ſingulos releuare,quia ſingulorum onera portat,atque ſollicitudinem ſuſtinet.Sancta illa, ac venerabilis Sedes Romana Catholica, & Apoſtolica,maxima debet cum diligentia, & ſollicitudine curam gerere animarum omnium fidelium; & eius ſententia facit ius quò ad omnes.Vnde Papa poteſt Monachum tàm cõtra voluntatem ſuam, quàm ſui Abbatis de monaſterio extrahere, & alicui Prælato, vel Principi in ſocium aſſignare, vel ſecum tenere. Poteſt quempiam abſoluere ab obligatione, qua tenetur alicui,de plenitudine poteſtatis,quam habet. Poteſt Imperatorem excommunicare,& priuare Imperio, vt ſupradictum eſt; & Imperio vacante ſuccedere vſque ad nouam Imperatoris electionem,& cõfirmationem.ſententiam Imperatoris reuocat. Papa appellatur ſponſus Eccleſiæ ſicut, & Chriſtus, vt in c.periculum.§ cæterũ de elect.lib. 6.& in c.quoniam de immun. eccleſ.lib. 6.

Diſt.50.c.fidelior. 8 q.1.c.Moyſes. 8.q.1.c.Clemens.

Diſt.8.ca.q contra. 2.q.6.c.Decreto.& c. q ie.de ſent.& re iud.c. ad Apoſtolicæ.

Po-

Poteſt, ſi vult, renunciare Papatui, nam, vt dicitur, Marcellinus renunciauit, cuius ſucceſſor fuit Marcellus; ſimiliter reuũciauit Cæleſtinus Quintus, cuius loco fuit electus Bonifacius Octauus. Præterea Pontifex Romanus omnia iura in ſcrinio ſui pectoris habere cenſetur. Ad illum maximè ſpectat curam habere cunctarũ chriſtiani populi nationum, ſuper illas inuigilare, earũ periculis obuiare, & ſcãdala remouere. Debet inſuper per peti cura reuoluere, vt errantes in viam veritatis, æternæquè ſalutis reuertantur, ipſoſquè Deo lucrifaciat. Illud verò maximè conſiderandum eſt, quòd nonnulli ſunt caſus, qui ita ad Papam pertinent, quæ minimè tranſeunt cum generali mandato, ſed ſpeciale requiritur. quorum primus eſt quęſtio fidei. 24. q. 1. c. quoties. & 12. diſt. c. pręceptis. ſecundus translatio Epiſcopi, vel electi ſcilicet confirmati, vt in c. inter corporalia. ext. de translat. & de offic. leg. cap. 3. Tertius eſt depoſitio Epiſcopi, vel electi confirmati. 3. q. 6. c. quamuis. & c. dubium. Quartus eſt acceptatio renũtiationis Epiſcopi, vel electi confirmati. 6. q. 3. c. denique. Quintus eſt exemptio Epiſcoporum. 16. q. 1. cap. Frater. Sextus eſt reſtitutio depoſitorum ab ordine. 2. q. 6. c. ideo, vel etiã degradatorum. 50. diſt. c. 13. & ſeqq. Septimus eſt interpretatio priuilegiorum ſuorum. ext. de Iud. c. cum veniſſent. Octauus, ſi dubitetur de reſcripto Apoſtolico, ita quòd ab alio per viam rationis ſolui non poſſit. ext. de offic. deleg. c. 2. Nonus eſt interpretatio ſtatuti facti per legatum, cuius officium, & iuriſdictio iam finita ſit, nec aliquis illi ſucceſſit, Decimus eſt diſpenſatio in caſibus, qui per eadem ſtatuta, Papæ reſeruãtur. Vndecimus eſt mutatio Sedis Apoſtolicæ. 7. q. 1. c. tẽporis. Duodecimus conſtituere alicubi de nouo Epiſcopalem ſedem. 16. q. 1. cap. Fœlix. Tertiuſdecimus eſt

c. 1. de renũ lib. 6.

De Conſt. c. 5. lib. 6. c. paſtoralis de ſent. & re iud. 1 Clem.

Diſt. 17. cap. Huic Sedi.

vnum Epiſcopatum alteri ſubijcere, ſeu in duos vnum diuidere, vel duos in vnum ſimul vnire. 16. q. 1. c. temporis. & de exceſ. præl. cap. ſicut vnire. Quartuſdecimus eſt votum terræ ſanctæ commutare, vel ſancti Iacobi, vel ad limina Apoſtolorum. De voto. c. ex multa. ſolus inſuper Pontifex concedere poteſt, vt quis venire poſſit contra licitum iuramentum. de iur. iur. c. venientes. lib. 6. vel etiam de quo dubitatur an ſit licitum. de elect. c. venerabilem. lib 6. quod ſolum in arduis difficultatib. debet intelligi. ſolus itidem diſpenſat in irregularitatibus ſuper crimine homicidij voluntarij ſiue iuſti, ſiue iniuſti, & ſuper alijs maioribus. ſolus quoque diſpenſat cum ſimoniaco ſiue in ordine, ſiue in beneficio ſcienter ſimoniacè acquiſito, ſi verò ignoranter, Epiſcopus diſpenſat, ſi tamen ſimoniæ ipſius non fuit particeps. ſolus item diſpenſat cum illo, qui cum eſſet ſponſus interdictus, ſeu excommunicatus damnabiliter ſe ingeſſit diuinis. ſolus inſuper diſpenſat cum clerico excommunicato in concilio, qui ſe confert ad iudicium Principis Iudice Eccleſiaſtico contempto. Et cum Bigamo. c. Nuper. de Bigamis. lib. 6. nam clerici bigami nullo gaudēt priuilegio clericali, ſiue ſint coniugati, ſiue non, nec valet contraria cõſuetudo; nec poſſunt Epiſcopi ſuper hoc diſpenſare; Papa tamen ſi vult poteſt diſpenſare, quia bigamiæ non eſt addita irregularitas de iure naturali, ſed poſitiuo, ideo non eſt de eſſentia ordinis, quòd aliquis non ſit bigamus; patet, quia & ſi aliquis ſit bigamus, attamen ſi ordinem quempiam ſacrum ſuſceperit, characterem recipit, ſicut & quilibet illiteratus, & laicus, & coniugatus, vt not. gloſ. 36. diſt. c. 1. nec obſtat. & c. Nuper de bigamis. quoniam licet notetur difficultas, non tamen tollitur facultas. ex diſpenſatione igitur Papæ quis poteſt etiam ad dignitatem Epiſcopalem promoueri,

50. diſt. c. miror. De ſimonia c. de ſimoniacè. & c. de regul. lib. 6. de ſent. & re iud. ca. cũ æterni. 21. q. 5. ca. ſi quis.

moueri, nedum ad alios ordines. nonne Lucius Papa diſpenſauit cum Archiepiſcopo Panormitano, qui fuit bigamus? vt not. glo. 34. diſt. c. ſi quis viduam. §. ſed poſtea. verum id non fit ſine iuſta, magnaquè de cauſa; in his enim omnibus, quæ non ſunt de iure naturali, & diuino, & contra bonos mores, vel contra fidē Ieſu Chriſti, ſalutemquè animarum ſibi creditarum bene poteſt Papa diſpenſare. Solus quoque Papa diſpenſat cum clerico promoto per ſaltum ſcienter miniſtrante, vt ad ſuperiorem aſcendat ordinem. inſuper & cum eo, qui furtiuè ordines ſuſceperit, vt quia ſine ſcientia ſui Epiſcopi, vel quia non fuit admiſſus, & cum alijs ordinandis ſcriptus, & poſtea cum cæteris vocatus, vel ſi eodem die ſine ſcientia Epiſcopi ſui ad plures promoueatur ſacros ordines. ſolus etiam diſpenſat cum ordinatis extra tempora, vel ab alieno Epiſcopo, & ante diſpenſationē miniſtrantibus, & cum excommunicatis ſacros ordines ſuſcipientibus, & etiam cum apoſtatis, qui extra ſuā Congregationem ſacros ordines ſuſcipiunt. ſolus præterea Concilium generale poteſt indicere, conuocare, ac celebrare. ſolus canones condere poteſt generales, & perſonam Eccleſiaſticam ſuo iure priuare; & Eccleſiam vacantem, vel præbendam alicui concedere. ſolus etiam poteſt abſoluere participantes in crimine cum excommunicato à ſe ipſo; & ſolus abſoluit excommunicatum à ſuo Legato. ſolus concedit pallium, quo ſemper ipſe, & vbique vtitur. ſolus diſpenſat cum illegitimis quantum ad ordines ſacros, & beneficium cum cura. ſolus diſpenſat cum minore, quòd ad curam promoueatur animarum, vel dignitatem, niſi iam viginti annos compleuerit, quia tunc quò ad dignitatem, vel perſonatum ſine cura diſpēſare poteſt etiam Epiſcopus. ſolus etiam diſpenſat cum eo, qui non eſt in ſacris, vel eſt aliàs de iure

De cler. per ſal. ord. c. vnico.

100. diſt. ca. pallium.

De filijs p. sb. c. 15. qui. lib. 6.

Lib. 6. de ætat. & qual. ord. c. vno.

iure

iure indignus, vt ad Epiſcopatum promoueatur. ſolus diſpenſat, vt quis plura habeat beneficia cum cura, vel plures dignitates, ſeu perſonatus, & ſi curam habeant, licet i, eadem Eccleſia. ſoli Papæ maiora ſunt referenda negotia. ſolus diſpẽſat cum irregularibus. & ſupplet defectum Regis vacante regno. in c. grandi de ſupplen. neg. præl. lib. 6. ſolus item ſupplet negligentiam Imperatoris, cuius, & ſolus confirmat electionem, vel infirmat, vt in c. venerabilem. de elect. in 6. ſolus etiã quemcunque Principem ſecularem inutilem, & negligentem circa regnum, & iuſtitiam poteſt deponere. ſolus poteſt canonizare ſanctos. de reliq. & vener. ſanct. cap. 1. Nec. De forma autem canonizationis vide 61. diſt. ca. miramur. & 12. q. 2. c. quatuor. & 7. q. 1. c. omnis qui. ſolus qđ valet facit non valere, & è conuerſo. de exeſ. præl. cap. tanta in 6. ſolus nulli ſubiacet humanæ legi, decet tamẽ ipſum iura ſeruare. ſolus in matrimonio in caſibus prohibitis ab Eccleſia contracto diſpẽſare poteſt. ſolus eadem die ordinat, quo conſecratur. & ſolus tollit leges de clero ciuiles in his, in quibus vertitur periculum animæ. ſolus abſoluere poteſt eos, qui clericos enormiter percuſſerint. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. ſolus abſoluit ſi mors, ſiue membrorũ mutilatio interuenerit; ſeu ſi quis manus violentas in Prælatum ſuum iniecerit, quod intelligitur de omnibus perſonis religioſis. ſolus quoque abſoluit incendiarios, ac nominatim excommunicatos à ſe, cum ſuis complicibus, communicantibus, conſulẽtibus, auxiliantibus in crimine, vel obſequẽtibus. ſolus etiam abſoluit falſificantes litteras Apoſtolicas, & falſificatis ſcienter vtentes. ſolus etiam abſoluit electores Senatorum, aliorumquè Rectorum Vrbis Romæ abſq; licentia Sedis Apoſtolicæ ſpeciali. ſoluſq. abſoluit omnes, qui prædictæ electioni conſenſerint abſque licẽtia Sedis

Marginal notes:

2. q. 6. ca. oĩs oppreſſus.

17. q. 4. ca. ſi quis. 11. qu. 1. c. nullus. 15. q. 6. c. alius.

12. q. 1. c. peruenit.

De iudic. c. nouit.

c. Religioſo de ſent. excõmun. li. 6.

Lib. 6. de ſẽt. & re iud. c. ad Apoſtolicæ.

Lib. 6. c. fundamẽta. de elect.

Sedis Apoſtolicæ expreſſa. ſolus quoque abſoluit illos, qui Cardinales. S. R. E. perſequuntur. & eos præterea, qui incidunt, ſcindunt, exenterant, demembrāt corpus alicuius defuncti deferrendi cauſa ad aliquam ſepulturam, cum mandantibus, conſulentibus, adiuuantibus, quod quidem corpus carere debet Eccleſiaſtica ſepultura, vt in extrauaganti Bonifacij Octaui dicitur, quæ incipit, Deteſtandæ feritatis abuſus. ſolus etiam abſoluit hęreticę prauitatis Inquiſitores, vel Ordinarios, qui ommittunt procedere contra hæreticos, adhærētes, fautores, defenſores, complices, receptatoreſquè ipſorum hæreticorū amoris gratia, ſiue ſpe lucri; vel contra eos, qui ſibi fuerint impedimēto, quominus officium ſuum potuerint exercere contra eoſdem hæreticos. ſolus inſuper abſoluit religioſos, qui præſumunt, & audent miniſtrare Euchariſtiam, extremam vnctionem, aut ſolemnitatem matrimonij abſque ſpeciali licentia parochi, vel abſoluere excommunicatum à canone, ſiue ab homine, ſiue per ſtatuta aliqua prouincialia, vel ſynodalia in caſibus non conceſſis, vt in c. Religioſi. de priuil. in Clem. Abſoluit quoque ſolus religioſos, vel clericos ſæculares voto, iuramento, vel quacunque promiſſione inducentes aliquem ad eligendam in Eccleſia ſua ſepulturam, vel electam non mutandam. vt ca. cupientes. de pœnit. & remiſſ. in Clem. ſolus etiam abſoluit eum, qui Epiſcopum perſequitur, temerè, & iniuriosè percutit, ſiue quomodocunque vim illi audet, vel per ſe, vel per quemcunque alium inferre. ſolus abſoluit cogentem presbyterum celebrare in loco prohibito, ſeu vocantem ad audiendam miſſam, excommunicatos, interdictos, ſeu eiuſmodi alia prohibita exercentem. vt in c. grauis. de ſent. excom. in Clem. Abſoluit etiam ſolus arma, & eiuſmodi alia deferrentes infidelibus Chriſtianorum

De pęnit. in Clem. cap. ſi quis.

aç-

accerrimis hoſtibus, atque mittentes, ſeu mittentibus, ſeu deferrentibus auxilium quocunque modo dantes. contra quos extat extrauag. Nicolai IV. Olim tàm generali, & c. & alia Bonifacij VIII. contra illos, & c. & altera Clementis V. quæ incipit. Multa mentis, & cap. Abſoluit etiam ſolus caſus omnes, qui continentur in Bulla, quæ publicari ſolet in die Cœnæ Domini. ſolus Papa concedit Epiſcopalia inſignia Abbatibus, alijſq. inferioribus gradibus. ac ſolus concedit laicis ſpiritualia, vt putà ius eligendi; & quòd eorum aliqui non ſoluant decimas, quod quidem nullus alius concedere poteſt præter ipſum. ſolus tandem iuſta, ac rationabili de cauſa deponit Cardinales.

De Ritu, ac conſuetudine adorandi Pedes Summorum Pontificum.

Tractatus Nonus.

Mos antiquus adorãdi magnos Principes.

RItum, conſuetudinemquè adorãdi Imperatores, Reges, cæteroſquè mortales maximis, ſupremiſquè dignitatibus præfulgentes, antiquiſſimam eſſe, fidẽ certiſſimam nobis faciunt etiam antiqui, ijdemquè præſtantiſſimi, atque grauiſſimi ſcriptores, nedum moderniores: inter quos eſt Euripides, Homerus, Cornelius Tacitus, Apuleius, Plutarchus, Seneca, Lucretius; & ex noſtris D. Gregorius Nazianzenus, alijq. nonnulli ſanctiſſimi viri, quos breuitatis cauſa nunc pertranſeo. à qua quidem conſuetudine, chriſtiani quoque minimè receſſerunt, cum illam apud omnes gentes iam viguiſſe compertum ſit. Quod igitur apud omnes gentes, populos, & nationes fuit, & eſt hac quoque noſtra tempeſtate ſummo ſtudio obſeruatum, non ab re eſt à Summo

Pon.

Pontifice Romano receptum, & meritò quidem. Cur enim honores illos, immo multo maiores deferre non debemus Pontifici Romano, qui Dei omnipotentis vices gerit in terris, quos Principibus gentium exhibere videntur vbique mortales? Meritò quidem Auguſtiſſimus, Chriſtianiſſimuſquè Imperator ille Conſtantinus Magnus magna animi pietate adductus honorem illũ deferri ſanciuit Romano Põtifici, quò Imperatores honorari vbique conſueuerunt; nam, inquit ille, quemadmodum Imperialis Maieſtas in terris adoratur, & colitur, haud aliter decernimus coli, & adorari Romanam Eccleſiam; hæc ille. iuſtum quippè eſt, vt ibi gentes pro Chriſti nominis confeſſione colla flectent, vbi eorum Doctor Paulus Apoſtolus pro Chriſto extento collo martirio coronatus, & B. Petrus Dei Vicarius cruci eſt affixus; ac ibi proſtrati humi, proniquè, ac prompti cæleſtis Dei, & Saluatoris noſtri famulentur officio, vbi ſuperbi terreni Regis ſeruiebant Imperio. cur ęquum non eſt, ut ibi oſcula Romanis Pontificibus non iaciant, ubi & olim ſuperbis Imperatoribus imprimebant? Olim Eccleſia ſancta Dei Martirum temporib. floruit apud Deum viuum, & verum, nõ autem apud homines; tùm Reges ad fidem Catholicam conuerſi, Imperatores, ac Romani Principes matrem Eccleſiam uti filij honeſtauerunt, eidem conferendo prędia, ſęculares honores deferendo, regaliaquè iura exhibendo, & inſignia maxima donando. Tunc igitur illa cœpit florere, & apud Deum, & apud homines. At quid mirum eſt, ſi Chriſti fideles ex oſculari humiliter conſueuerint pedes ſanctiſſimi Romani Pontificis, qui eſt Dei uiui, & ueri Vicarius in toto mundo, cum & quidam quoque ex ueteribus tàm gentilibus, quàm etiam hebręis adorando ſubmiſſi terram genibus peterent, alij uerò humũ ſter-

Lex Cõſtantini Magni de adoratione Rom. Eccl.

Digitized by Google

nerent, multi abiecti deprecarentur, nonnulli tandem ueſtigia pedum Principis populi deoſcularentur? nonnè, ut ethnicorū pro nunc exempla ommiſſa faciamus, Iudith, cum introducta eſſet ante Holofernem, illumquè uidiſſet ſedentem in conopeo, quod erat ex purpura, & auro, & ſmaragdo, & lapidibus pręcioſis intextū, adorauit eum proſternens ſe ſuper terram? nonnè, & Bethſabee inclinauit ſe, & adorauit Dauid Regem, cū ab eo petijt, vt Salomon filius eius regnaret pro eo? nonnè, & mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, ſtetit retro ſecus pedes Domini in domo Simonis leproſi, & lachrymis cœpit rigare pedes eius, & vnguento eos vngebat, capillis tergebat, & oſculabatur? Sed numquid illam Chriſtus repulit? numquid illam eijci iuſſit? num illum, quem ei tunc temporis mulier deferebat honorem, reſpuit? minimè quidem. immo aliæ quoque mulieres, quæ ſequebantur illum, ac ei miniſtrabant, nonnumquam eius pedes, tanquam extremas, & infimas corporis partes, tenebant, oſculabanturquè ipſum adorantes, cùm ob ſummam reuerentiā nullam aliam corporis eius partem tangere auderent. Vt ergo ad inſtitutum noſtrum redeamus nonnè Ieſu Chriſti exemplo Romanus Pontifex omnes eius pedibus circunfuſos ad oſcula pedum excipiet? atq; oſculari pedes eius benignè permittet? cum eius locum in terris meritò obtineat, ac illi vni habenæ ſint à ſummo Deo traditæ regendi, moderandiquè totam vniuerſalem Eccleſiam per vniuerſum orbem diffuſam? meritò igitur, inquit Innocentius Tertius, Subdiaconus, vel Diaconus non manus, ſed pedes Romani Pontificis oſculatur, vt ſūmo Pontifici ſummam exhibeat reuerentiam, & eum illius oſtendat eſſe Vicarium, cuius pedes oſculabatur mulier illa, quæ erat in ciuitate peccatrix. adorandum eſt

Margin notes: Iudith. c. 10. — Reg. 3. c. 1. — Luc. cap. 7. — Lib. 2 miſt. miſſæ. c. 37.

eſt enim ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. cuius pedes tenentes mulieres, reſurgentem à mortuis adorauerunt, ſicut & Apoſtoli, qui videntes illum reſurrexiſſe à mortuis ſupplices palmas protendentes, eius pedibus religioſiſſimè obuoluebantur. Nec mirum certè, ſi namque Chriſtiani viri religioſi oſculari non deſiſtunt altaria, dum ſe in eccleſijs conferunt religionis, ac deuotionis cauſa, & limina Eccleſiæ oſculis pietatis cauſa petunt; quis quæſo negare poterit Apoſtolos Chriſti pedes, ac locum plantis ſignatum oſculis minimè contigiſſe? quis item negare poterit non eſſe adorandos ſacros, diuinoſq. Dei altiſſimi Sacerdotes, cum ſint templa Spiritus ſancti, atque vberrimi fontes gratiarum, quæ per eorum manus in omnes Chriſti fideles quotidie diffunduntur? Hic ritus, hæc conſuetudo oſculandi pedes ſummorum Pontificum deductam certè credimus in Dei Eccleſia, ſicut & alias multas vetuſtiſſimas, eaſdemquè ſanctiſſimas, ac religioſiſſimas conſuetudines non ex alterius, quàm Chriſti Domini noſtri exemplo, & auctoritate. vnde quæſo ſanctiſſimi quidam Patres primorum illorum temporum, quibus ſancta pullullabit, florebatq. Dei Eccleſia, niſi ex Domini Ieſu Chriſti exemplo pallam, atramquè veſtem, qua omnes pœnitentiæ cauſa ornabantur, abiecit, candidamquè induere cœperunt? cur hoc, niſi quia Dominus in ſua transfiguratione candido, ac ſplendido amictu refulſit? veſtimenta nanque illius facta ſunt alba ſicut nix, ait Euangeliſta Matthæus. Sic & alia permulta in ritum Eccleſiaſticum translata ſunt. Chriſtus eſt caput, & ſponſus Eccleſiæ, & qui ſponſum honorat, & ipſius ſpõſam debet honorare, oſculamur pedes ſponſi, oſculemur & ſponſæ in ſuo ſponſo, qui nunc eſt Dei cœleſtis ſponſi Vicarius Romanus Pontifex, eiuſquè pe-

Ritus adorandi pedes Sũmi Pont. ſumptus eſt ab exemplo Chriſti.

Matth. c. 17.

Q 2 dum

dum veſtigia adoremus omnes, ſicut & omnes ſumus eius imperio ſubiecti;quod quidem profundiſſimis, ac inſcrutabilibus Dei iudicijs factum eſſe fateamur neceſſe eſt. vide quæſo, & conſidera Dei omnipotẽtis magnalia, ac mirabilia, quæ fecit in ſuo Vicario, qui pridie, vt ita dixerim, latitabat in ſpeluncis, & in cauernis terræ, & quemlibet infirmæ conditionis virum formidabat, ſed in breui fit tãtæ auctoritatis, vt de Regibus, ac Imperatoribus ferat ſententias, eos iudicet, ab omnib. adoretur, leges ſanctiſſimas det vniuerſo orbi, ſitquè omnibus gentibus, præcipuè fidelibus venerãdus, timendus, adorandus, tantæquè tandem habeatur venerationis, vt veniant curui, veſtigiaquè pedum eius in ſolio B. Petri ſedentis adorent Principes orbis terrarum, quia ſicut Chriſto ex ſua natura competit adorationis cultus, ita Vicario eius Pontifici Romano, ob ſanctiſſimam illam, quam à Chriſto Dei filio accepit perſonam maximopere competere videtur. oportet enim Chriſtum regnare, donec ponat inimicos ſuos ſcabellum pedum eius. cũ autem ſubiecta illi fuerint omnia, tunc & ille ſubiectus erit ei, qui ſibi omnia ſubiecit; at quiſnam eſt iſte ſubiectus, niſi Eccleſia ſancta, quæ ſubiecta eſt Deo patri, qui omnia terrena, vt dictũ eſt ſuperius, illi ſubiecit? nonnè dedit ei Chriſtus poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, ſcorpiones, omnemq. poteſtatem inimici, adeo quòd hac auctoritate fulta, Regna ſublimia, Imperiaquè potẽtiſſima expugnarit, depreſſerit, vicerit? nonnè ab ea eſt humiliata ciuitas illa ſublimis, orbis terrarum Domina? nonnè calcauit eam per pauperis piſcatoris, & egeni greſſus? nonnè ſublimitas Imperij Romani, quod olim penè cœlos tangebat, illi collum humiliter ſubmiſit vſque ad pauperum, & humilium Chriſti vices gerentium, pedum oſcula?

Magnalia Dei in ſuo Vicario.

1. Cor. c.15.

oſcula? vſque inquam ad pedum oſcula, nõ manuum; quoniam nemo debet oſculari manus Summi Pontificis, niſi cum de manibus eius aliquid accipit, & in eius manibus aliquid porrigit, nam & Cornelius Centurio non manus B. Petri eſt oſculatus, ſed ad pedes eius venerationis cauſa corruit, qui tametſi prohibitus eſſe videatur, non tamen ab ea adoratione fuit prohibitus, quæ iure Petro debebatur, at potius prohibitus eſt, ne in ea diù perſiſtendo in impietatem laberetur, nam nõ obſtitit Petrus ruenti ad pedes eius, ſed vt homo erexit illum, (nam & ego homo ſum, inquit ille) ne in aliquem laberetur errorem, cum nondum cõfirmatus eſſet in rebus fidei Catholicæ, cuius erat nouella plantatio. cum autem B. Petri fama volare cœpiſſet per diuerſas orbis prouincias, omnes gentes illum genibus prouolutis adorare cœperunt, ne quis deſperet de magnitudine criminis, nec de humilitate ſui generis. Clemens Romanus eius diſcipulus humiliter ante illius pedes proſtratus obnixè rogabat, ne ſibi tàm magnam committeret prouinciam, curam ſcilicet paſtoralem. Mulieres quædam fideles in inſula Ancharadi ante pedes ipſius Petri proſtratæ eos deoſculabantur; quę quidem exempla, & alia plurima huiuſmodi prætermitto, ne tædio afficiantur lectores. hæc autem pauca in medium attuli, vt vetuſtiſſimum ritum oſtendam deoſculandi pedes ſanctiſſimorum Romanorum Pontificum, quibus non ſolum tanquam maioribus noſtris, ac Principibus ſummis parere debent omnes, præcipuè Chriſti fideles, eorumquè dignitati, quæ omnium dignitatum maxima eſt, promptè, ac hilari animo inſeruire, verùm etiam hunc ipſum, de quo nunc eſt ſermo, cultum diligenter exhibere tenentur. hinc factum eſt, vt Henricus Quartus, cum ſe ad pedes Papæ Victoris anno ſa-

Nemo oſculatur manus Pontificis, niſi, &c.

Act. c. 10.

Exemplum Cornelij. Cẽturionis.

Exemplum Clementis Romani.

Exemplum quarundam mulierum.

Hẽricus IV. & Federicus II. venerati sũt Põtifices Romanos.

lutis

lutis milleſimo ſexageſimo humiliter proſtraſſet, oſculatis eius pedibus, obedientiam illi deferre non eſt dedignatus. ſicut nec etiam Fridericus Secundus, qui ſcribens ad Innocentium Tertium, ſic dicit, Vobis Beatiſſime Pater, & omnibus ſucceſſoribus veſtris Catholicis, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſpirituali matri noſtræ omnem obedientiam, honorificentiam, & reuerētiam ſemper humili corde, ac deuoto ſpiritu exhibemus, quā prędeceſſores noſtri Reges, & Imperatores Catholicis veſtris prædeceſſoribus impendiſſe noſcũtur. nulli igitur dubium eſt Imperatores, Reges, aliaſq. poteſtates, ne dicam laicos, cæteroſquè minores, & inferiores gradus hominum teneri maxima cum reuerentia, & humilitate oſculari pedes Summorum Pontificum Romanorum B. Petri legitimè ſucceſſorum, qui pro tempore ſedēt in ſolio maieſtatis ipſius Principis Apoſtolorum in illo ſacro Vaticano. ex quo Gelaſius Papa ſcribens ad Anaſtaſium Imperatorem inquit; & ſi cunctis generaliter ſacerdotibus rectè diuina tractantibus colla fidelium ſubmitti conuenit, quanto potius Sedis illius præſuli conſenſus eſt adhibendus, qui cunctis ſacerdotibus, & Diuinitas ſumma voluit præeminere, & ſubſequens Eccleſiæ generalis pietas iugiter celebrauit. cur hoc? niſi quia Petrus poſt Chriſtum primum eſt iactum fundamentum Eccleſiæ, vt in eo, eiuſquè propagine Dei ſtructura conſurgeret? niſi quia Petrus non ſolum totius iuriſdictionis eſt caput, ſed etiam primus, & omnium præcipuus ſacramentorum miniſter extitit? niſi quia inter alia eidem donata à magiſtro ſuo Ieſu Chriſto priuilegia ſpecialia, fuit etiam ab ipſo proprijs manibus baptizatus? vt refert Nicephorus libro 11. c. 111. Et ipſe poſtea Andream, filioſquè Zebedei ſacra tinxit aqua, & ij deinceps ſacrum Chriſti chorũ abluerunt?

Gelaſius Papa.

Nicephorus.

runt?

runt? Ex ipſo igitur B.Petro tùm in Romanos omnes Pontifices promanauit ſumma auctoritas, à qua poſtmodum Regibus Regna, & Imperatoribus Imperia, donata fuere. nonnè Innocentius Quartus in conuentu Lugdunenſi Fridericum Secundum priuauit Imperio? Summa igitur hæc poteſtas, & Romani Pontificis auctoritas, & dat Regna, & aufert Imperia quotieſcunq; aliqua rationabilis oritur cauſa. & ideo Symmachus Papa liberè audet in Anaſtaſium Imperatorem affirmare, illum minime poſſe vti ſuis priuilegijs, ſi Romani Pontificis monita contemnat. Et Paſchalis Secundus ait, iure priuãdum eſſe Imperatorem patrimonio, ſi matrem Eccleſiam polluat adulterio, quoniã ad Romanum Pontificem maximè pertinet Regibus pro peccato commiſſo pęnas debitas imponere. Meritò igitur multi græcorum Imperatores, qui fidem ſanctam, religionemquè Catholicam ſumma animi deuotione, ac pietate tuebantur, libenter dabant oſcula pedibus Romanorum Pontificum, ob quod ſignificare maximè videbantur ſe eſſe inferiores Romanis omnibus Epiſcopis B.Petri verè ſucceſſoribus. hinc factum eſt, vt Iuſtinianus Imperator, Conſtantinum Papam natione Syrum Conſtantinopolim ſe conferentem benignè ſuſceperit, & ante ipſum vultum ſuum proijciẽs, pro ſuis peccatis Dominum exorare eum poſtulauerit, eiuſquè pedes oſculatus fuerit ob eam, quam à Domino ſuſceperat dignitatem. propter quam multi Reges etiã vultu in terram demiſſo adorant ſanctam Dei Eccleſiam, eiuſquè pedibus obuoluũtur, & pedum eius puluerem proni lingunt. quid plura? nonnè Sigiſmundus Imperator cum in Concilio Conſtantiẽſi omnium Patrum acclamatione Martinus Quintus fuiſſet in Summum Pontificem electus, gaudio magno perfuſus, ad Sedem Pon-

Innocentius Quartus.

Symmachus Paſchal. II.

Iuſtinianus veneratꝰ eſt Conſtãtinũ Papam.

Sigiſmũdus proprijs humeris, extulit Martinũ V.

Pontificis ſe conferens, Romanum Pontificem humeris proprijs extulit, atque ſuſtinuit? nonnè Pipinus Stephano Papæ Tertio obuiam factus eius pedibus oſcula impreſſit, frenoquè Pontificis equum, in Regiam egit? nonnè Fridericus Adriani Quarti ſtapedam tenuit, eiquè ex equo deſcendenti, demiſſo, atque detecto capite famulatus eſt? nonnè Carolus Magnus ſæpe oſculatus eſt pedes Romani Pontificis? præſtolabatur Regē Carolum Adrianus primus cum ſacro cętu pro gradibus ædis ſancti Petri, vbi ille in congreſſum venit, prius Pontificis pedes oſculo contigit, quàm ſe illi complectendum daret. pręterea nam ne populi omnes certatim ſe ad Callixti Secundi veſtigia proſternebant? nōnè Honorio Secundo omnes Cardinales eius prouoluti pedibus, obedienriam præſtarunt? nonnè Rex Anglorum apud Dolenſe monaſterium ad oſcula pedum Alexandri Tertij acceſſit? & Rex Francię nonnè Pariſijs occurrit, & ſtratoris officio vſus, oſcula pedibus impreſſit? nonnè ambo Reges potētiſſimi pietate ſumma impulſi Pontifici eidem honorem maximum detulerunt? nonnè etiam Ludouicus Rex Francorum, & Henricus Rex Anglorum apud Tociacū conuenientes eundem Alexandrum Papam ſummo honore ſuſceperunt, & ſtratoris officio vſi, pedites dextera, leuaquè frenum equí ipſius tenentes, illum vſque ad pręparatum iam papilionem perduxerunt? nonnè inſuper Fridericus Secundus Gregorij Noni reiecto pallio tenuit pedes? nōne tandem Carolus Quintus Imperator omniūm inuictiſſimus Clementis Septimi pedes maxima animi pietate deoſculatus eſt, vt facilè quiſq; cognoſcere poſſit Principes omnes ad hanc obedientiam Summis Romanis Pontificibus præſtandam, non gratia, non præcio, non promiſſis, non muneribus inducti, ſed ſua ſpō-

Pipinus. *Fridericus.* *Carolus Magnus.* *Cardinales* *Rex Angliæ* *Rex Frāciæ* *Carolus V.*

te

te huiuſmodi, vt par eſt, honorem ſemper detuliſſe Romano Pontifici? Qui cum omnes populos ad eius pedes ruere conſpiciat, cruci Ieſu Chriſti potius quàm ſibi oſculum, tãtumquè honorem deferre illos mauult; quoniam cum Chriſti perſonam ſuſtineat, eius quoque vice omnes ad pedum oſcula vult excipere: & vt eiuſdem expreſſam referat imaginem, illiuſquè dignitatem reuocet in hominum memoriam, crucem ſandalijs pretioſis affigi permittit, vt Chriſti fideles eos honores, quos illi exhibere tenentur, ſancta cruce proſpecta, maiore animi pietate Chriſtum contrectare, atque oſculis contingere videantur. Religioſiſſimè igitur Põtifex Romanus ſe gerit, cum gentes, quas ad ipſum colendum, adorandumquè agnoſcit, trahit ad oſculãdum Domini crucem, quam ſandalijs ſuis vult eſſe impreſſam. æquũ eſt enim, vt quemadmodum chriſtiani omnes tenẽtur habere, firmiterquè tenere tàm in fronte, quàm in corde crucem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ita & pater, & paſtor eorum omnium non tàm in fronte, ore, & corde illam impreſſam debet habere, verùm etiam in ſuis ſandalijs, vt & ſuos, atque noſtros greſſus ſemper dirigat in viam pacis. cum ille nanque ſit chriſtiani gregis paſtor, moderator, & cuſtos, maximopere enniti debet, ne labatur ipſe in errores, neuè populum chriſtianum præcipitẽ agat; quare pedes ſuos fulcire debet ſacroſancto crucis ſigno, ne ipſe, qui viam ſalutis nobis, qui ſumus populus eius, & oues paſcuæ eius, oſtẽdit, in errores incidat grauiſſimos, neuè pedes eius ſint in commotione, vt ad illos poſſint, ac valeant omnes populi tutò ſe conferre ad accipiendum de doctrina eius, qui eſt Doctor Eccleſiæ ſanctæ, & rector generis humani, quod ſicut Chriſtus ſanguine proprio emit, atque redemit, ſic ille curam eius maximam habere tenetur. Sed quod bonũ

Rões, cur Pontifex in ſuis ſãdalijs pmittat crucem affigi.

Mos deferẽdi Pont. Romanũ ſuper humeros hominum.

Vide Ammianũ Marcellinũ lib. 22. Corn. Tacit. lib. 20. Caſſiod. lib. 10. var. epiſt. 31.

Põtifex fert in capite Mitrã in ſignũ poteſtatis, & fert coronã Regiã in ſignum tẽporalis.

Cur ſæpius vtitur, Mitra & raro corona?

quæſo facit Pontifex Maximus, dum crucem in ſandalijs ſuis impreſſam portat? maximum quidem. nonnè cùm illo ſacratiſſimo ſigno inſpicit, pedes ſuos eſſe decoratos, ſtatim intelligit vanas omnes, terrenaſquè cogitationes, exemplo Chriſti, qui eſt noſtrum exemplar, eſſe dimittendas, domandas, à ſe ipſo pęnitus expellendas? animiquè paſſiones cruci affigendas? meritò igitur Pontifex Romanus verus Dei Vicarius in terris, & pręſtantiſſimum ſanctę crucis ſignum fert in ſandalijs ſuis, & hominum quoque humeris defertur honoris gratia. Qui quidem mos fuit non tantum Barbarorum, verum etiam Romanorum Imperatorum; nam antiqui illi Romani quem in Imperatorem eligebant, cum in altum quoque tollebant, vt à cunctis, tanquam omnium Dominus & videretur, & veneraretur; quæ ſanè antiquiſſima conſuetudo introducta etiam fuit in Eccleſia ſancta Dei, in qua ſemper viguit vſque ad hanc noſtram tempeſtatem. Sicut autem Summus Pontifex duplicem habet dignitatem, vt aliàs fuit à nobis declaratum, ſic etiã duplicis dignitatis cauſa decoratur corona. in ſignum ſpiritualis poteſtatis fert in capite mitram, quia eſt Sũmus Dei ſacerdos; in ſignum verò temporalis iuriſdictionis fert coronam ex auro confectam, quia illius perſonam gerit, qui eſt Rex Regum, & Dominus dominãtium. Mitra, qua etiam & Aaron vſus eſt, conuenit ſummis Sacerdotibus, corona verò ornamentum eſt regiũ, quo Romanus Pontifex vtitur, ſicut & Dauid, in ſignũ imperij. Sed cur non vtitur ſemper hoc ornamento regio, ſicut & mitra? quia Põtificalis auctoritas eſt prior, ac dignior imperiali; nam quis ignorat ſacerdotiũ pręceſſiſſe Regnum, Aaron Saulem, Noè Nembroth? merito igitur vbique mitram portat, quia eius ſpiritualis vbique ſe extendit auctoritas; meritò inſuper corona re-

gia

gia caput ſuum ornat,quia alijs gloria, auctoritate, dignitateque præſtat. maximo igitur eſt venerandus honore.nam ſi illis qui ad apicem ſupremũ aſſumpti ſunt, apud quos plenitudo reſidet poteſtatis,maxima eſt reuerentia reddenda, qualis reuerentia, & qualis honor debetur Summo Pontifici,qui ſacra docet, ſacramenta miniſtrat,cœleſtis regni portas aperit, & claudit? qui errantes reuocat, delinquentes corripit, pœnitentibus parcit,indigentibus ſubuenit,qui Rex eſt omnium Regum,caput omnium fidelium, princeps Epiſcoporum, iudex generalis omnes fideles iudicans; qui pleniſſime tenet Eccleſiæ claues ſibi à Chriſto traditas, quibus & ligat, & ſoluit, & claudit, & aperit, & ſtringit, & relaxat,& ſententiat, & iudicat; qui ſummus eſt ordinator diuini cultus,& omnium quæ ad diuinum pertinẽt cultum;dignitatum,officiorum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpenſator legitimus; miſteriorum Dei, & theſaurorũ Chriſti, & Eccleſiæ vniuerſalis diſtributor; omnium legum, canonum, ſanctarumque ſanctionum ſupremus conditor;inſtitutionum omnium, & electionum confirmator; dubiorum verus dilucidator;omniũ, quæ à ſingulis ſunt facienda,oſtenſor; vniuerſalis Eccleſiæ rector,dominici gregis director,omnium paſtorum paſtor. qui, vt verbis vtar D. Bernardi ad Eugenium, Magnus,& Summus Pontifex eſt,primatu Abel,gubernatu Noë,patriarchatu Abrahã, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron,auctoritate Moyſes,iudicatu Samuel, poteſtate Petrus,vnctione Chriſtus. qui caput eſt ſacerdotij,ſedet in ſublimi, Epiſcopos ordinat, deponit, ſuſpendit,interdicit,excommunicat; qui dedicat Dei miniſtros per benedictionem,per vnctionem,per cõſecrationem,per manus impoſitionem; qui ſacros cõficit liquores,edicit leges, & iura, celebrat ſynodos, corrigit

D.Bernard' de conſideratione.

populum, monet ſummos Reges, concedit indulgentias, vocatur Dei Vicarius, honoratur his titulis, Reuerendiſſimus, Beatiſſimus, Sanctiſſimus; qui pro omnib. Deo rationem eſt redditurus in extremo iudicio; qui ſortitus eſt nomen mirabile, nam Papa dicitur à Papè, quæ eſt interiectio admirantis; verè quidem admirabilis, quia vices Dei gerit in terris; qui poſtremò Spiritus ſancti aſſiſtentiam habet perpetuam, propter quam nō poteſt errare vnquam in determinatione eorum, quæ ad fidem pertinent, & ad diuini cultus integritatem, ò fœlix, ò benedicte, ò ter quaterquè beate Pontifex. Hāc venerandam maieſtatem Summi Pontificis cognouit optimè Alexander Macedo totius Orientis Imperator, atque Monarca, nam cum veniret Iudæam animo deſtruendi, vel ſaltem humiliandi Iudæos, iter faciens, in viſione nocturna ſibi diuinitus oſtenſum eſt quanto eſſet dignus honore Ioiadas Summus Pontifex Iudæorum, & quanto eo illuſtrior, atque ſuperior eſſet, propterea appropinquante Hieruſalem, & ſibi occurrente Ioiada Pontificalibus induto cū reliquis ſacerdotibus, ſtatim Alexander, vt Pontificem fuit intuitus pontificalibus ornatum, & Cydarim, vbi erat ſcriptum nomē Dei Tetragramaton in fronte Pontificis, de equo proſiliens Antiſtitem profundiſſimè eſt veneratus, nomenquè adorauit diuinum; & ciuitatem ingreſſus, templū maximis locupletauit muneribus, & honorauit, Iudæoſquè ab omni exemit tributo, ac libertate donauit; propter quod eius Imperium eſt proſperatum, & valde magnificatum. Quod fecit Alexander erga ſummum Sacerdotem Iudæorum, hoc fecit Attila erga Leonem ſanctiſſimum Pontificem Romanum, cum enim ipſe Rex, vocatus flagellum Dei, deuaſtaſſet Aquileiam, Ticinum, & Mediolanum Regias vrbes, & plurima cir-

cum

Alexander Magnus veneratus eſt Pontificē Iudæorum.

Attila obediuit S. Leo.

cum circa loca, & Romam quoque pararet euertere, Leo magnus obuiam proceſſit,eumquè adeo mitē reddidit, vt equo deſcendens Pontifici reuerētiam fecerit, eiquè ſe humilem,& placabilem præbuerit feritate relicta,& ad eius preces Italiæ terga dedit,& promiſſa pace firmiſsima,vltra Danubium,non rediturus pertexit: territus duorum virorum, minantium mortem, ſtrictis entibus ſupra eius caput,niſi Pontificis ſancti verbis acquieſceret; crediti ſunt Petrus,& Paulus fuiſſe, qui in re tāta, Italiæ,& Romæ præſidio fuere. Fœlices Principes illi, qui ſummos Sacerdotes, & alios Dei miniſtros honorauere; qui uerò illorum,& Eccleſiæ perſecutores fuerunt, in ſupplitium temeritatis eorum mala morte interierunt; ſic accidit Iuliano Apoſtatæ, ſic Otthoni IV. ſic Friderico Secundo; ut non recenſeam Pompeium, qui cum in omni conflictu ſemper uictor fuiſſet, poſtquam Hieruſalem ingreſſus,debitam Templo,& Pontifici reuerentiam non exhibuit, ſed de porticibus templi ſtabulum fecit equis ſuis, ex tunc hoſtibus ſemper ſuccubuit. Veneremini ergo chariſsimi Summum Pontificem Chriſti Vicarium, & mementote quòd ſcriptum eſt in lege Domini, Principem populi tui non maledices, ei maximum honorem exhibite, ei capita inclinate, ei flectite genua, ei deoſculamini pedes, ne ſitis dæmonibus peiores, qui eum & venerantur, & contremiſcunt.

Qui perſecuti ſunt Pōtifices mala morte interierūt

Exod. c. 22.

De ſolutionibus quarundam oppoſitionum contra prædicta.
Tractatus Decimus.

ADuerſantur nonnulli malè ſentientes de fide, ac de Romano Pontifice ijs, quæ diximus ſupra, & cauil-

cauillationibus multis, ſententijſquè Euangeliorum, ſcripturarum, & Patrum orthodoxorum non benè intellectis, nituntur omnino æquare ſolo totam molem Primatus, & poteſtatis Pontificiæ. Quibus reſpõdebimus, fauente Deo, confutabimuſq. eorum inanes rationes, antequam flãma iſta concreſcat; ſic enim præclarè ſcriptum à D. Hieronymo legimus capite quinto in epiſtolã ad Galatas; ſcintilla res parua eſt, & penè dum cernitur, non videtur, ſed ſi fomitem comprætenderit, & nutrimenta ſui, quamuis paruus ignis inuenerit, mœnia, vrbes, latiſſimos ſaltus, regioneſquè conſumit. Fermentum quoque res modica videtur, ſed cum farinæ conſperſum totam maſſam ſuo vigore corruperit, in illius vim tranſit omne, quod mixtum eſt. ita & doctrina peruerſa ab vno incipiens vix duos, aut tres primum in exordio reperit auditores, ſed paulatim cancer ſerpit in corpore, & iuxta vulgare prouerbium, vnius pecudis ſcabies totum corrumpit ouile: igitur & ſcintilla ſtatim, vt apparuerit extinguenda eſt, & fermentum à maſſæ vicinia ſemouendum, ſecandæ putridæ carnes, & ſcabioſum animal à caulis ouium repellendum, ne tota domus, maſſa, corpus, & pecora ardeat, corrumpatur, putreſcat, intereat. auferatur igitur malus, ne malos generet, melius enim eſt, vt pereat vnus, quàm vnitas; & ſæuit in bonos, qui malis parcit; ſæuit in pios, qui parcit impijs hæreticis, nam nulla maior ineptia eſt, quàm in arcendis, & cohibendis hæreticis benignum, & clementem videri velle; qui nanque non modo parcunt hæreticis, verùm etiam receptum illis in terris ſuis dari permittunt, certè non minorẽ culpam hi ſuſtinent, quàm illi ipſi, per quos miſeri mortales doctrinis varijs, & peregrinis abducti in baratrum inferni præcipitantur. error enim, cui non reſiſtitur, approbatur, &

D. Hieron.

veri-

veritas, quæ nō defenſatur, opprimitur: negligere quippe, cum poſſis, perturbare peruerſos, nil aliud eſt, quàm fouere: nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Quid prodeſt, inquit Pius Pontifex, illi, ſuo errore non pollui, qui cōſenſum præſtat erranti? conſentire autem videtur erranti, qui ad reſecanda, quæ corrigi debent, nō occurrit. ne videar ergo ſilendo huius tanti ſceleris participem eſſe, loquar, & pro viribus oppoſitiones diluam.

Prima Oppoſitio.

ASſerunt iſti primò, quòd temporalis poteſtas à ſolo Deo eſt immediatè, & à ſpirituali poteſtate ſecundum ſuam inſtitutionem nullo modo dependet; iſtorum autem hæc eſt ratio. De iure gentium quatuor modis introducta eſt in orbem terrarum dominatio, & ſeruitus, imperatio Principis, & obedientia ſubditi, ſcilicet electione, hæreditate, donationē; & iure belli; ita quòd omnes illi Principes, qui in throno principatus aſſumpti ſunt iſtis quatuor modis, omnes ſunt iuſti, & legitimi Domini, & Principes, & omnes immediatè auctoritatem habent imperandi, condendi leges, exigendi tributum, iudicandi, & puniendi ſibi ſubditos abſq; vlla exceptione.

Solutio.

NOn video autem quomodo ratio iſtorum concludat, nam dicunt, quòd temporalis poteſtas introducta eſt in mundum, vel electione, vel hæreditate, vel donatione, vel iure belli, ergo immediatè à Deo; negatur conſequentia; immò eſt à Deo mediantibus

his

his titulis. vnde poſſumus dicere, quod inſtitutio Principis temporalis, vt Princeps eſt ſuper homines, ex iure humano habet eſſe, vt exẽpli gratia, ſi exercitus faciat Imperatorem. Sed inſtitutio Principis temporalis, vt Princeps Chriſtianus ſuper homines chriſtianos, eſt à poteſtate ſpirituali; ſicuti enim per miniſterium poteſtatis ſpiritualis aliquis efficitur chriſtianus, ita efficitur aliquis Princeps chriſtianorum in miniſterio eiuſdẽ poteſtatis, cui quilibet chriſtianus iure diuino ſubijcitur; nõ ergo poteſtas temporalis eſt immediatè à Deo. Inſuper obſeruandum eſt, quòd dominium temporale, & ſeruitus hominum, qua ſeruiunt hominibus, non eſt de iure naturali primæuo, nõ enim Deus Optimus Maximus creauit homines conditionis diuerſæ, ita quod alij ſeruirent, alij dominarentur, ſed omnes liberos fecit, & dominos, & omnibus dixit, dominamini piſcibus
Gen. cap. 1. maris, & volatilibus cœli, & beſtijs terræ; non dixit dominamini hominibus; nam iure naturæ communis eſt poſſeſſio, & communis omnium libertas. & licet in hominibus etiam in ſtatu innocentiæ fuiſſet prælatio, ſicut apparet in primis parentibus, in quibus Adam Euę prælatus fuit, hæc tamen prælatio, & dominium non erat in homine, quatenus dominium opponitur ſeruituti, quia hoc pœnale eſt, ſed erat in homine ratione directionis, homo enim eſt animal ſociabile naturaliter ad inuicem ordinatus; quæ autem ad inuicem ſunt ordinata, oportet quod inter ea ſit aliquod principale, ac dirigens, hoc enim requirit ipſa conditio ordinis, qui
Lib. 19. c. 13 ſecundum D. Auguſtinum de ciuitate Dei eſt parium, diſpariumquè ſua cuiquè loca tribuens diſpoſitio. ſed hoc temporale dominium, & ſeruitus hominum eſt de iure gentium ſecundario, Deo ſic permittente, & propter hominum infirmitatem, & imbecilitatem ad ſe ip-
ſos

ſos gubernandos; & propter importunitatem populorum Regem petentium, ſicut legitur primò Regum capite octauo de populo Iudaico, & propter punitionem peccati, ut D. Thomas affirmat. Quamuis igitur ambitio dominandi Deo eſſet odioſa, dominorum tamen ambientium regimen ad refrenandam inordinatorum hominum malitiam, & ad conſeruandum vnumquemque in ſua iuſtitia, & ad diſponendos ciues in concordia, & pace, permiſſum, & prouiſum eſt dominium à Deo, permiſſum ad punitionem malorum, prouiſum ad concordiam bonorum. Tertiò dicẽdum eſt, quòd iſtorum ſentẽtia, ſimpliciter intellecta, eſt falſa, nam ſi per ius diuinum intelligunt ius naturale, iam dictum eſt, quòd malè ſentiunt, ſi uerò loquuntur de iure diuino poſitiuo, iam probatum eſt, quòd nulla poteſtas directè, & immediatè eſt à Deo niſi poteſtas Romani Pontificis. ſit igitur reſponſio, quòd poteſtas temporalis, ſi eſt iniuſta, à Deo eſt permiſſiuè, qualis eſt poteſtas malorũ Principum, & infidelium. Si verò iuſta eſt, à Deo eſt, non immediatè, ſed ſolum ex conſequenti, hoc eſt, dato quòd Princeps ſit in legitima poſſeſſione principatus, tunc ex conſequenti lex diuina, & naturalis proripiunt, quòd illi ab omnibus obſequatur. Nec eſt afferenda in medium D. Pauli ſententia dicentis, non eſt poteſtas niſi à Deo, quia confitemur, & nos hoc uerum eſſe, ſed non ſecluſa operatione humana: nec eodẽ modo, ſed eſt à Deo uel per inſtitutionem humanam naturalem, ſicut eſt communiter apud omnes populos cuiuſcunque ſint conditionis, & ſectæ, uel eſt per ſpiritualem Dei ordinationem, ut fuit in populo Iſraelitico. uel eſt per miniſtrorũ formationem, ut in populo chriſtiano. uel per iuſtam Dei permiſſionem, cuiuſmodi eſt poteſtas malorum Principum, & infidelium, & tyrannorum,

3. p. q. 49. ar. 2.

Rom. c. 13.

S

norum,qui ui,uel dolo ſibi poteſtatem uſurpant. Tandem ſoluitur oppoſitio,reſpondendo,quòd temporalis poteſtas poteſt dupliciter conſiderari, vel materialiter, & inchoatiuè;vel formaliter,& perfectiuè:ſi conſideretur materialiter, & inchoatiuè, ſic à Deo eſt immediatè,quia habet eſſe à naturali hominum inclinatione,& per hoc à Deo eſt,inquãtum opus naturæ eſt opus Dei. Si verò conſideretur formaliter,& perfectiuè, ſic habet eſſe à ſpirituali poteſtate, quæ à Deo ſpirituali modo deriuatur, & ratio eſt, quia gratia non tollit naturam, ſed eam format, & perficit, & id quod eſt gratiæ non tollit id quod eſt naturæ, ſed illud format, & perficit; cùm igitur ſpiritualis poteſtas gratiam reſpiciat, temporalis verò naturam, iure merito ſpiritualis non excludit temporalem,ſed eam format,& perficit,quæ formatio eſt ratificatio, & approbatio. patet igitur quòd temporalis poteſtas non eſt à Deo immediatè, ſed à ſpirituali poteſtate dependet ſecundum perfectionem, & formam,& ab ea inſtituitur, & approbatur.

Secunda Oppoſitio.

OPponunt ſecundò iſti, quòd ad Pontificem ſpectat tantum modo poteſtas ſpiritualis,non autẽ temporalis: ratio eſt, quia iuriſdictiones ſunt diuerſæ, & nemo poteſt duob. dominis ſeruire Luc. c. 16. propterea dixit Chriſtus Matth.c.22.Marc.c.12.& Luc.18. reſpondit inquam poſtulantibus, an liceret cenſum dari Cæſari,an non,Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari,& quæ ſunt Dei Deo, quibus in verbis oſtendit iuriſdictiones, & poteſtates eſſe diuerſas, atque diſtinctas, non ergo ambæ in eodem,hoc eſt in Pontifice.

Solutio.

CVi oppoſitioni reſpondetur, quòd iſta diuiſio, quam facit Chriſtus, eorum, quæ ſunt Cæſaris, & eorum, quæ ſunt Dei, non eſt diuiſio diſparatorum, ita quòd intendat omnino ſeparare has duas poteſtates, nempè ſpiritualem, & temporalem, & excludere temporalem à ſpirituali; ſed eſt diuiſio, uel potius ordinatio ſuperioris, & inferioris, quia quod redditur Cæſari tanquam inferiori, redditur etiam Deo, tanquam ſuperiori, cuius eſt imperium, & ſacerdotium, Deus enim Imperatorem inſtituit ut inſtrumentum ſuum ad Pontificis Vicarij ſui, ac fidelium defenſionem, & eorũ pacem tuendam. Sicut igitur Imperium eſt Dei principaliter, qui confert illud, eſt uerò Cæſaris ſicut miniſtri, & cui communicatur, ſic etiam temporalis poteſtas, eſt principaliter Pontificis eam approbantis, & conferrentis Imperatori uel per ſe, uel per Electores ab eo conſtitutor ad exercendum hoc munus. nô ergo uoluit Chriſtus iuriſdictiones diuidere, uel diuerſas facere, ſed uoluit ordinare inferiora ad ſuperiora dicendo, Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quę sũt Dei Deo. Voluit inſuper Chriſtus oſtendere, quod & Imperatori, & unicuique Regi, & Principi, ius reddendum eſt, & cenſus ſoluendus propter ſubiectionem, & propter defenſam, qua tenẽtur Reges, & Principes tueri ſubditos eorum: nõ enim negamus nos, quin ſolui debeat tributum Imperatori, & Regi: nec in hoc, ſiue in alijs intendit Pontifex Imperatori derogare in aliquo, nã ſi unicuique non ſeruaretur ſua iuriſdictio, ordo Eccleſiaſticus confunderetur, qui per Imperatorem defenditur. Et ad id quod dicitur, Nemo poteſt duobus dominis

ſeruire, Reſpondetur hoc uerùm eſſe, quando hi duo Domini ſibi repugnant, & quando cõtraria iniungũt, ut dicit D. Chriſoſtomus ſuper hoc uerbum: ſed quando ſibi concordant, & idem præcipiunt, ut facit Regalis poteſtas, cum ordinata eſt, quę nunquam à ſacerdotali diſcordat, ſed illi obſequitur, tunc his duobus dominis poteſt vnus, & idem ſeruire, quia concordia multos vnum facit. Dicendum eſt etiam, quòd dato, quòd iſtæ duæ poteſtates ſpiritualis, & temporalis eſſent diſtinctæ, tamen vna præexiſteret in alia, & excellentiori modo, quemadmodum uirtutes corporum inferiorum diſtinctæ ſunt à uirtutibus corporum ſuperiorum, & tamen nobiliori modo præexiſtunt in illis. Dato etiam, quòd iſtæ duæ poteſtates eſſent partes diſtinctæ, nihilominus poſſunt eidem conuenire perſonæ, ſicuti in eadem potentia intellectiua ſunt ſcientiæ diſtinctæ, & quæ habent quodammodo conditiones oppoſitas, nẽpè ſcientia ſpeculatiua, & practica. quamuis igitur eadem perſona Pontificis vtramque habeat poteſtatem, non tamen eodem modo vtramque exercet, nam ſpiritualem exercet immediatè per ſe, temporalem verò per Imperatorem filium ſuum, tanquam procuratorem, & aduocatum Eccleſiæ. Poſtremò concludẽdum eſt, quòd Imperium eſt Dei, & conſequenter Romani Pontificis Vicarij ſui, tanquã principalis, & directi Domini, quia Domini eſt terra, & plenitudo eius; eſt verò conſequenter ipſius Imperatoris, tanquam vtilis Domini; vt exempli gratia dominatio Comitis, eſt etiam dominatio Regis principaliter, & directè, quia Comitatus intra terminos alicuius Regni eſt, eſt uerò Comitis, tanquam utilis Domini, & ſecundarij, qui utilitatem, & fructus percipit à comitatu.

D.Chriſ.

Tertia

Tertia Oppoſitio.

OPponunt tertiò, quòd temporalis poteſtas non eſt inſtituta, nec aliquo modo à ſpirituali poteſtate, hoc eſt à Pontifice dependet; immo contrarium inſtanter aſſerunt ex eo, quod legitur Diſt. *63*. cap. 22. & 23. vbi Adrianus Pontifex cum toto Clero, & populo Romano poteſtatem tradiderunt Carolo Magno Regi Francorum, & Longobardorum victori; ac etiam Otthoni primo Regi Theutonicorum Patriciatus dignitatem, & ius, & poteſtatem aſſiſtendi electioni Summi Pontificis, ordinandi Apoſtolicam Sedem, & conſecrandi, inueſtiendiquè Archiepiſcopos, & Epiſcopos; vt latius in prædicta diſt. *63*. dictis, & ſequentibus capitibus continetur.

Solutio.

SOluitur autem hæc ratio dicendo, quòd Eccleſia tunc temporis dedit illis Regibus hanc poteſtatẽ, & hoc ius pro tẽpore, & pro cauſa, nempè pro ſchiſmaticorum, atque hæreticorum diſſentionibus, quibus tũc Dei Eccleſia concuſſa periclitabatur, & ideo repræſentabantur electiones Pontificum Catholicorum Principibus laicis, vt eorum auctoritate roboratæ nullus hæreticorum, uel ſchiſmaticorum auderet contraire. Sed his cauſis ceſſantibus ceſſauerunt, & priuilegia illa, quę ad Eccleſiæ perniciem erant, ſicut notatur cauſa. 1. q. 1. c. quod pro neceſſitate. & q. 7. c. quod pro remedio. Inſuper dico, quòd tunc illi Reges non habebant hanc facultatem ex eorum natura, uel dignitate, ſed habebant ex priuilegio Põtificum, quæ priuilegia poſtea ab alijs Pon-

Pontificibus reuocata fuerunt, tùm quia Imperatores abutebantur priuilegio ſuo, nolentes non ſolum aſſiſtere, & conſentire, ſed electionibus ſe ingerere, & per hoc indignos ſe reddebant hoc priuilegio, quia qui abutitur priuilegio debet eo priuari; tùm quia in hæreſim labebantur ſæpe ſæpius, & multoties Eccleſiam Dei impugnabant; tùm demum, quia Imperatores ſuis priuilegijs renunciauerunt.

Quarta Oppoſitio.

VLterius opponunt, quòd Eccleſiaſtici viri ſubdantur Regibus, & Principibus terrenis, & probant, quia Chriſtus Dei filius ſacerdos verus ſecundum ordinem Melchiſedech, in ſignum iſtius ſubiectionis ſoluit tributum exactoribus Cæſaris pro ſe, & pro B. Petro Apoſtolo.

Solutio.

SOluitur autem hæc ratio, aſſerendo, quòd Chriſtus ſoluit tributum, vt etiam ſupra declaratum eſt, nõ ex debito, ſed ne ſcandalum alijs præberet, ſic enim in
Matth. c. 17. Euangelio D. Matthæi legitur, quòd cũ exactores Cæſaris à Petro pro Chriſto tributum quærerent, Chriſtus conuerſus ad Petrum, interrogauit, nõ vt ignorans, ſed vt veritatem manifeſtaret, & dixit; Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel cenſum, à filijs ſuis, an ab alienis? reſpondente Petro, quòd ab alienis accipiunt, concluſionem veram, & penitus irrefragabilem inde deduxit Chriſtus, ergo liberi ſunt filij. Sed quæſo qui nam ſunt iſti filij? certè Pontifices, Epiſcopi, & reliqui Eccleſiaſtici; iſti ſunt filij peculiares

liares Regis Regum, quorum miniſterio alij filij Dei efficiuntur; iſti ergo ſunt liberi à tributis, à cenſibus, à muneribus perſonalibus, ab angarijs, & per angarijs, ab omni ſæculari dominio, & iuriſdictione; vt qui relictis omnibus Chriſtum ſequuti ſunt, Apoſtolicam vitã degentes, Regnum Dei in alios propagantes, & fouentes, nulli alteri regno, quàm Dei ſubijciantur. veruntamen ſubiungit Dominus, ne ſcandalizemus eos vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies ſtaterem, illum ſumens da eis pro me, & te. Quid vis apertius pro ſacerdotum immunitate? ecce hæc fuit ratio, cur Chriſtus ſoluit tributum, nempè non pro debito, & obligatione, ſed ne alios ſcandalizaret. Nec eſt dicendum, quòd Eccleſiaſtici eximantur à cenſibus, à tributis, & à iudiciis ſęcularibus ex priuilegio Principum, non ex eorum natura, quia certum eſt, quòd inferior non poteſt ſuperiorem priuilegiare, vnde cum Eccleſiaſtici ſint omni terreno Principe maiores, ac ſublimiores, quis non videt, quòd Principes inferiores non poſſunt Eccleſiaſticos, & præcipuè ſacerdotes priuilegiare, quia ſunt ipſis maiores? Quare dicendum eſt, quòd priuilegia Principum ſacerdotibus, & Eccleſiaſticis omnibus conceſſa, ſunt potius declarationes, quibus declarant, quòd ſupradictę omnes exemptiones ſacerdotibus competunt de iure diuino, quàm priuilegia. vel ſunt executiones legum diuinarum, vt ſcilicet Imperatores hæc præcipiẽdo, propter eorum auctoritatem executioni mandarẽtur à magiſtratibus, & populis, qui multoties obediunt prędcepto Principis, quàm Dei, vel Eccleſię. Quòd ſi aliquę reperiuntur leges Eccleſiaſticę immunitati prędiudiciales, mirum eſſe non debet, quia multi ex Imperatoribus deuiantes à fide, & iuramentorum obliti, ſibi

de

de facto vſurparunt, quod non habebant de iure; & quandoquè propter Imperatorum tyrannidem, & hęreſim cogebantur Pontifices fugere, delitеſcere, & non fungi officio ſuo. clarum igitur eſt, quòd ſacerdotes non obligantur ad tributi, & cenſus ſolutionem. Vlterius Reſpondendum eſt, quòd in lege naturę ſacerdotes nō ſolum à tributis, & cenſibus ſemper exempti fuere, ſed Principes tùnc conſueuerunt illis prouidere de victu, & veſtitu ex publicis redditibus, ſic legitur Geneſ. cap. 47. quòd tempore illius Ægyptiacę ſterilitatis, cum tota ęgyptiorum terra fuiſſet empta à Pharaone, vendentibus ſingulis poſſeſſiones prę magnitudine famis, ſoli ſacerdotes non ſunt compulſi ſuas vēdere poſſeſſiones, quia illis ſtatuta cibaria ex horeis publicis quotidie prębebātur. Inſuper & in Leuitico c. 25. lata eſt lex, quòd ſacerdotes filii Leui ex decimarum oblationibus viuerent.

Quinta Oppoſitio.

SEd iterum opponunt iſti, quia ſi exempti ſunt ſacerdotes à laicis poteſtatibus, quomodo dicit D. Paulus Apoſtolus, Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit?

Rom. c. 13.

Solutio.

DIcimus, quòd tunc Apoſtolus pręcipiebat ſacerdotibus, & Eccleſiaſticis omnibus, vt ſubderentur laicis, non quia de iure ſubditi eſſe deberent, ſed nè ſcandalum mundo prębèrent; adeo enim Romanorum tyrannides inualuerat, vt opere prętium eſſet ſacerdotes omnes, immo & Apoſtolos ipſos, & Petrum tributa

ta ſoluere, & obedire. Dicimus inſuper, quòd hic Apoſtolus loquitur vniuerſaliter, & indefinitè de quocunq; homine etiam in aliqua poteſtate conſtituto, ſiue ſacerdos ſit, ſiue ſit laicus, quòd debet ſubijci poteſtati ſublimiori, & illa ſublimior alteri ſublimiori ſecundum diſtinctam ſubordinationem, vſque ad ſacerdotalem, & Pontificiam poteſtatem, quæ cum omnibus ſublimior ſit, omnes illi ſubijci debent, & illa ſola nulli erit ſubiecta, niſi ſoli Deo.

Sexta Oppoſitio.

RVrſus inſurgunt aduerſarij probantes, quòd ſacerdotes de iure ſubdantur Principibus laicis, & ſæcularibus, quia in veteri lege, quæ nouæ legis erat exemplar, & figura, ſacerdotes, quamuis ſummum haberent Pontificem Aaron, tamen in rebus temporalibus, & in cauſis, & iudicijs omnibus ſubditi erant Moyſi, qui eorum Princeps temporalis erat.

Solutio.

HVic oppoſitioni Reſpondetur, quòd Moyſes nõ erat ſimplex Dominus temporalis, ſed in ſimul etiam erat ſummus Sacerdos vnà cum Aaron, immo diſpoſitione diuina maior erat ipſius Aaron, quia ipſe Chriſtum figurabat, Aaron verò ſummum Pontificem Chriſti Vicarium; propterea Moyſes ipſum Aaron ordinauit, & eius filios conſecrauit, & in eorum conſecratione obtulit ſacrificium, vt habetur Leuitici cap. 8. obtulit etiam Moyſes incenſum Domino, quod erat ſummi Sacerdotis officium. teſtatur hoc idem D. Auguſtinus quæſt. 23. in Leuiticum. teſtatur & D. Gregorius

Nazianzenus in Oratione habita coram Gregorio Niſſeno,& D. Hieronymus libro primo aduerſus Iouinianum.& Philon Hebræus libro tertio de vita Moyſi,& Dionyſius Areopagita cap. quinto Eccleſiaſticæ Hierarchiæ. Sed dato etiam,quòd Moyſes Princeps tantum temporalis eſſet,& nullam ſpiritualem poteſtatem haberet, & quòd ei ſubderentur ſacerdotes tanquam Principi ſæculari, quemadmodum etiam ſubditi fuerũt alijs Principibus, & Regibus, mirum tamen eſſe nõ debet, nec per hoc eſt dicendum, quòd ſacerdotes nouæ legis ſubdantur Principibus, quia ſacerdotium illud erat carnale, & per carnalem propagationem ſuccedebat,ideo ex ea parte,qua illud ſacerdotium,erat carnale,& terrenum,etiam terrenæ poteſtati,ſcilicet Regali, erat ſubiectum; in quantum verò ordinabatur ad ſpirituale obſequium,& ſacerdotium nouæ legis figurabat, non ſubijciebatur temporali poteſtati,ſed ei præeminebat,quia Reges à ſacerdotibus vngebãtur. Quia etiam in veteri teſtamento temporalia promittebãtur in mercedem,nam dixit Deus,ſi audieritis me,bona terræ comedetis, ideo tunc ſumma poteſtas erat poteſtas terrena; ſed in nouo teſtamento cum promittantur æterna, & ſpiritualia,ideo ſacerdotium, & ſumma poteſtas eſt poteſtas ſpiritualis, cui temporalis ſubijcitur tanquam nobiliori,& excellentiori.

Septima Oppoſitio.

ITerum opponunt iſti,quòd Paulus Apoſtolus in ſignum ſubiectionis ſacerdotum Principibus ſæcularibus appellauit ad Cæſarem,& dixit, Ad Cæſaris tribunal ſtò,ibi oportet me iudicari; Iudæis non nocui,ſicut tu melius noſti, ſi enim nocui, aut aliquid dignum morte

morte feci, non recuſo mori, ſi verò nihil eſt eorum, quę hi me accuſant, nemo poteſt me illis donare, Cæſarem appello. ergo vel malè fecit Paulus appellando ad Cæſarem, ſi eius non erat ſubditus, vel iuſte appellauit ad eum, tanquam ad Dominum, cui de iure debebat eſſe ſubiectum.

Solutio.

RESpondetur, quòd ipſius Pauli cauſa nō erat cum fidelibus, ſed cum infidelibus, hoc eſt cum Feſto, & cum Iudæis, idcirco neceſſe fuit eum dicere, ſedente Feſto pro tribunali, declinanteque ad iniuſtitiam, & ad ſententiam in eum ferrendam, Ad Cæſaris tribunal ſtò, Cæſarē appello. cùm igitur Pauli cauſa cum Ethnico eſſet, potuit ad ethnicum appellare; nec propter hoc ſe ſubditum Cæſaris declarauit, quia cum actor eſſet, & cum infidelibus contenderet, debebat ſequi forum infidelium hoc eſt Principum ſęcularium, nec malè fecit, quia cum infidelibus, non cum fidelibus erat lis. quòd ſi cum fidelibus cōtendiſſet, & ad infideles appellaſſet, tunc dignus eſſet maxima repręhenſione, & mulcta grauiſſima, quia fidelem ad infideles appellare, & ab eis iudicari velle, maximum eſt damnum, & ſcandalum; ſicut maximum ſcandalum eſt, cum Clerici, & Sacerdotes relicto Prælatorum ſuorum iudicio, volunt à iudicibus laicis iudicari, tùm quia auctoritati Prælatorum derogatur, quaſi nullus ſit inter eos, qui ſuborientes lites dirimere valeat, tùm quia derogatur etiam ſacerdotum dignitati, tùm quia occaſio prębetur laicis de Clericis, & Religioſis obloquendis, tùm demum quia ſęculares quoad poſſunt, vi, calumniis, iniuſtitiis, & grauaminibus multis Eccleſiaſticos opprimunt.

Octaua Oppoſitio.

ADuerſantur iterum probantes, quòd Eccleſiaſtici ſubdantur Principibus laicis, quia Chriſtus redemptor noſter, & Dominus Pilatum Cęſaris miniſtrum, ſuum legitimum iudicem confeſſus eſt, cum dixit; Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Ioan. cap. 19. Si ergo Chriſtus Pilato miniſtro ſimplici fuit ſubiectus, quanto magis dicendum eſt, quòd Eccleſiaſtici ſubiiciantur Principibus temporalibus?

Solutio.

DIcendum eſt, quòd iſtorum conſequentia eſt falſa, quia Chriſtus etiam vt homo, erat ſummus Pontifex, & poteſtatem excellentię habebat, & caput hominum erat, vnde ſuperiorem non habebat in terris, à quo de iure poſſet iudicari, quin potius iudex fuit cõſtitutus à patre viuorum, & mortuorum, non ſolum vt Deus, ſed etiam inquantum homo, dicente Ioãne cap. 5. Dedit ei poteſtatem iudicium facere, quia filius hominis eſt. licet igitur de iure ab aliquo non poſſet Chriſtus iudicari, poterat tamen iudicari de facto, Deo ſic permittente. quare ad illa verba Chriſti, Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper, vbi videtur, quòd Chriſtus Pilatum pro Iudice ſibi à Deo dato recognoſceret, Dicendum eſt, quòd eo loci per illud verbum Datum, intelligitur, niſi tibi permiſſum eſſet deſuper. nihil igitur Pilatus rectè, & de iure poterat ſuper Chriſtum, ſed omnia ex permiſſione contingebant ei.

Noua

Nona Oppoſitio.

RVrſum opponunt, quòd Eccleſia ſoluit tributum Imperatori, & Principibus ſæcularibus, vt legitur cauſa 11. q. 1. cap. 27. Si tributum petit Imperator, non negamus, agni Eccleſiæ ſoluunt tributum. & cap. 28. Magnum quidem eſt, & ſpiritale documentum, quo Chriſtiani viri ſublimioribus poteſtatibus docētur debere eſſe ſubiecti, ne quis conſtitutionem terreni Regis putet eſſe ſoluendam; ſi enim cenſum filius Dei ſoluit, quis tu tantus es, qui non putes eſſe ſoluendum? ergo Eccleſiaſtici ſubijciuntur Principibus ſæcularibus, quia tributum ſoluitur in ſignum ſubiectionis.

Solutio.

REſpondetur, quòd ſpiritualis poteſtas dupliciter accipitur. primo modo quantum ad res, quæ poſſidet. ſecundo modo quantum ad perſonas, quæ ipſius ſpiritualis poteſtatis ſunt participes. quantum ad res, quas poſſidet, dico, quòd quādam poſſidet ſorte ſpirituali, & iure diuino, cuiuſmodi ſunt primitiæ, decimę, oblationes, & quæ pro ſepulturis dantur, hæc deputata ſunt ad ſuſtentationem miniſtrorum diuini cultus, & quantum ad hæc ſpiritualis poteſtas non ſubditur temporali, nec ei debet tributum, vel obſequium, ſunt enim quodammodo ſpiritualia, quia iure diuino ſunt annexa officio ſpirituali. quędam verò poſſidet ſorte temporali, & iure humano, vt titulo venditionis, vel donationis, ſeu conceſſionis, ſaluo debito ſeruitio, & pro his poteſtas ſpiritualis debet Principibus, & Dominis temporalibus conſueta ſeruitia, & tributa, quia res trāſit cum

onere

onere ſuo ad quoſcunque Dominos, etiam ad Eccleſiã. Si verò ſpiritualis poteſtas conſideretur quantũ ad perſonas ipſius poteſtatis ſpiritualis participes, dico reſolutè, quòd nullo modo ſubſunt poteſtati temporali, nec terrena poteſtas de ipſis iudicat. Soluit etiam ſpiritualis poteſtas tributum poteſtati temporali, nõ tanquam inferior ſuperiori, nec in recognitionẽ dominij, ſed pro ſtipẽdio pro pace, & quiete, quam temporalis poteſtas debet procurare Eccleſiæ, & eius bona tueri. Soluit tandem tributum temporali poteſtati, non quia illi ſubijciatur, ſed vt doceat omnes debere eſſe ſubiectos ſublimioribus poteſtatibus, vt tradit Apoſtolus ad Romanos, & ne quis putet conſtitutionem Regis eſſe ſoluendam. Cap. 13.

Decima Oppoſitio.

QVia diximus ſupra, quòd poteſtas ſpiritualis tẽporalem præcedit, & eſt ea maior, quia iudicat, & inſtituit eam. Aduerſarij opponunt; nam ſuper illum verſiculum pſalmi, Tibi ſoli peccaui, dicit Gloſa, quod Rex omnibus eſt ſuperior, & ideo à Deo, qui eſt maior eo, puniẽdus eſt, ſi quis de populo peccauerit, Deo peccauit, & Regi, Rex autem non habet hominem, qui ſua facta diiudicet; igitur ſpiritualis non poteſt iudicare temporalem, ſed ſolus Deus iudicat eum. Inſuper Petrus Apoſtolus ait, ſubiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Regi, quaſi præexcellenti, ergo ſi Rex præexcellit, non ſubijcitur alicuius iudicio, niſi ſolius Dei.

Pſal. 50. 1. epiſt. c. 2.

Solutio.

Digitized by Google

Solutio.

RESpondetur, quòd Rex non habet hominem, qui ſua facta diiudicet, verum eſt; ſed non iudicatur ab homine, ſed à Deo, cuius vices Romanus Pontifex gerit in terris. ſic notatur cauſa 23. q. 2. cap. quos Deus. Inſuper Reſpondetur, quòd ille Rex, qui non habet hominem, qui ſua facta diiudicet, non eſt tantummodo Rex temporalis, ſed eſt Summus Pontifex, qui & ſpiritualem, & temporalem poteſtatem habet; hic enim vt diximus à ſolo Deo iudicatur, & non ab homine de iure, nec habet iudicem ſupra ſe, ſi tamen non velit ab homine iudicari propter humilitatis exemplum. Et ad id, quod obijcitur de præexcellẽtia Regis, dico quòd Rex præexcellit non ſimpliciter, ſed in ordine temporalium poteſtatum. aliquid enim dicitur primum ſimpliciter, & hic eſt Deus; aliud dicitur primum in genere, & eſt corpus ſupremum. ſic etiam in Eccleſia aliquis ſimpliciter præexcellit, & hic eſt Romanus Pontifex; aliquis præexcellit in aliquo ordine, vt Archipresbyter in ſuo collegio; & aliquis præexcellit in ordine poteſtatum ſibi ſubiectarum, & hic eſt Rex.

Vndecima Oppoſitio.

OPponunt deinde aduerſarij, quòd non licet Eccleſiaſticis bona temporalia poſſidere, diuitias, poſſeſſiones, argentum, & aurum, nam Chriſtus dixit Apoſtolis Matthæi capite decimo, quando eos miſit ad prædicandum, Nolite poſſidere aurum, neque argentũ. Matth. c. 10. & Lucæ cap. 22. Numquid aliquid defuit vobis, quando vos miſi ſine ſacculo, & pera? vt quid ergo perditio Luc. c. 22.

hæc,

hæc, quòd qui ſunt in ſpirituali poteſtate conſtituti, & Eccleſiaſtici tantoperè diuitias quærant, & temporalia affectent, ſi eis diuino præcepto prohibitum eſt aliquid poſſidere? Si Apoſtolorum ſucceſſores ſe iactant, & imitatores, cur non renunciant omnibus quæ poſſident, vt Deo liberius inſeruiant? & hic fuit error Vualdenſium hæreticorum.

Solutio.

SOluitur hæc inſtantia dicendo, quòd Chriſtus mãdauit Apoſtolis, ne poſſiderent aurum, uel argentum, non quia illicitum eſſet poſſidere, cum enim diuitiæ ex ſententia Ioannis Caſſiani in collatione de nece ſanctorum ſint mediæ inter bonum, & malum, quia nec ſimpliciter bonæ, nec ſimpliciter malæ ſunt, ideo Eccleſia, & Eccleſiaſtici non prohibentur habere diuitias, quia debent, & poſſunt eas vtiliter diſpenſare, & cor ab auaritia abſtinere: non igitur Chriſtus iuſſit Apoſtolis, ne poſſiderent diuitias, quia illicitum eſſet, ſed ut alij videntes eos contemnere temporalia, facilius conuerterentur ad fidem. Vel iuſſit Apoſtolis, quòd non poſſiderent aurum, vt oſtenderent confidentiam, quam prædicatores de Deo habere debent; ſic venerabilis Beda in hunc propoſitum dixit. Tanta prædicatoris in Deo debet eſſe fiducia, vt præſentis vitæ ſumptus quamuis non prouideat, tamẽ hos ſibi nõ deeſſe certiſſimè ſciat, ne dum mens occupatur ad temporalia, minus animus prouideat æterna, pro exercendo enim prædicationis officio, omnis alia cura, & ſollicitudo prætermittenda eſt. Vel iuſſit hoc Apoſtolis non quia non liceret Eccleſiaſticis temporalia poſſidere, etenim ipſe loculos habebat, quos Iudas portabat, in quibus præfigurabatur,

Caſſianus.

quòd

quod Eccleſia habitura erat temporales diuitias, & in primitiua Eccleſia Apoſtoli habebant bona temporalia in communi, ſed iuſſit hoc illis, quia ſic erat expediens pro tempore illo, in quo magna fides in pecunia, & diuitijs erat, & ſancta paupertas odio habebatur. Mandauit hoc etiam illis, vt miraculum conuerſionis totius mundi euidentius appareret, vt puta, quòd non bello, non armis, non diuitijs Apoſtoli mundum conuerterent, ſed nuditate, paupertate, perſecutione, verberibus, mortificationibus, & crucifixionibus. Dico inſuper, quòd Chriſtus non præcepit Eccleſiaſticis abſolutè, quòd contemptui haberent diuitias, ſunt enim neceſſariæ ad ſuſtentandam, & ad alios pios vſus. vt notatur cauſa 12. q. 3. cap. 70. Aurum habet Eccleſia, ſed præcepit illis, ne affectu inordinato diuitias quærerent, & quæſitas, & inuentas poſſiderent, & ne propter diuitias terrenas cœleſtes amitterent. Immo vlterius dico, quòd ſi Sancti Dei Martyres, & Confeſſores: Prælati in Eccleſia Dei ſciuiſſent, quòd eſſet peccatum Eccleſiam temporalia bona poſſidere, nunquam tales accepiſſent donationes, ſic argumentatur Proſper lib. 2. de vita contemplatiua cap. 9. vt notatur cauſa 12. quæſt. 1. cap. 13. Præcepit etiam Chriſtus Apoſtolis, ne poſſiderent aurum, & argentum, & Apoſtoli in primitiua Eccleſia poſſeſſiones vendebant, quia vt Melchiades Papa teſtatur cauſa 12. q. 1. c. 15. prouidebant futuram Eccleſiam in gentibus, idcircò prædia in Iudæa minimè ſunt adepti, ſed pretio tantummodo vtebantur ad fouendos egenos, hoc idem affirmat Vrbanus cauſa 12. q. 1. c. 16. propterea filij Leui, qui Clericos figurabant, & ciuitates habebant, & aliqua alia propria poſſidebant. Dicimus tandem, quòd Deus ſua infallibili prouidentia diuerſo modo, diuerſiſque temporibus prouidit Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, ſecundum

ipſius indigentiam, atque neceſſitatem; & quia in primitiua Eccleſia multa, ac magna erat fidelium charitas in ſeruos, & miniſtros Dei, & propterea tunc eis præcipiebatur, ne temporalia poſſiderent; cum verò hac tempeſtate noſtra refrigerit, atque defecerit charitas multorum, ideo Eccleſiaſticis permittuntur bona temporalia, diuitiæ, aurum, & argẽtum ad eorum ſuſtentationẽ, ad cultum Dei, & pauperum ſubuentionem; vt dictum eſt, non enim benè conueniret vetus illa clericorum paupertas cum nouiſſima, & pauciſſima charitate multorũ.

Vos igitur Chriſti fideles per viſcera miſericordiæ Dei noſtri etiam, atque etiam rogo, vos deprecor, vos conteſtor, vos adiuro, vos in Domino de tribus commoneo.

Primò vt caueatis à Pſeudoprophetis, falſis Apoſtolis, & ſubdolis operariis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, & intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. iſti ſũt enim, per quos nouitates aperiuntur, ciuitates exterminantur, Regna ſubuertuntur, fides catholica ceditur, Eccleſia Dei laceratur, Chriſtus diuiditur, & tot cædes, tot ſtrages, tot depopulationes, ſeditiones, flagitia, ſacrilegia, impietates deniq; omnes in vniuerſo terrarum orbe quotidie multiplicantur: qui non modo corpora miſerorum hominum occidunt, ſed quod peius eſt, innumerabiles animas gehennæ ſempiternis incendijs tradunt. Fugite ab eis tanquam à vipera, & baſiliſco, & ne commiſceamini illis, vt non communicetis operibus eorum, ſunt enim ſchiſmatici, hæretici excommunicati damnati, Antichriſti, peſtilentes, fœtentes, dæmonum familiaria inſtrumenta, immo ipſis dæmonibus peiores. Et ſi dixerint vobis hic eſt Chriſtus, aut illic, nolite audire, ecce in deſerto, nolite exire in penetralibus, nolite credere, nam ad vulpinum ſimilitudinem fœtent per doctrinam erroneam, nõ gra-

diuntur per recta itinera veritatis, & poſtremò inſidias tendunt, vt ſimplices, & imperitos capiant.

Secundò vos moneo, vt obediatis Pontificibus Romanis Chriſti Vicarijs, ac paſtoribus vigilātiſſimis, reddituris pro vobis Deo rationē. Iſti ſunt exemplaria pietatis, ſpecula ſanctimoniæ, aſſertores veritatis, defenſores fidei, doctores gentium, duces chriſtianorum, magiſtri inſipientium, refugium oppreſſorum, aduocati pauperum, tutores pupillorum, iudices viduarum, oculi cæcorum, linguæ mutorum, vltores ſcelerum, metus malorum, gloria bonorum, correctores fortium, malei tyrannorum, moderatores Regum diſpenſatores canonum, ſal terræ, lumina orbis, ſacerdotes altiſſimi, & ut omnia vno verba complectar ſunt Chriſti, ſunt Domini, ſunt Dij, & ſi audieritis, audiemini à Domino, ſi non audieritis, non exaudiemini. Tertio vos tandem adhortor, vt duretis, & perſiſtatis in fide sāctæ catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ Romanæ, quia hæc eſt ſtabile fundamentum totius ædificij ſpiritualis, gratiæ ſcilicet, & gloriæ, ſicut Apoſtolus teſtatur dicens; Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium, & poſſumus dicere, quòd fides ſit veluti mater inter filias, veluti radix in arbore, ueluti caput in corpore; vnde ſicut propter incredulitatem, atque fidei defectum non poteſt homo à Deo gratias conſequi, & dona, ita propter credulitatem, & fidem omnia nobis conceduntur, dicente Chriſto, quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet uobis.

Laus autem Deo, & B. Michieli Archangelo, in cuius die feſto. ſ. 29. Septembr. hos decem tractatus perfeci cum eos ſcribere cœpeꝛim die 6. Aug. hoc anno 1623.

DE CARDINALIBVS S.R.E.

Tractatus Vndecimus.

De origine D D. Card.

ORiginem Illuſtriſſimorum DD. S.R.E. Cardinalium multifariam, multiſq; modis diuerſi ſcriptores narrarunt, inter quos nouiſſimè Alfonſus Ciaconius in libro de uitis, & geſtis Pontificum huiuſmodi fuiſſe nobis tradidit. Nomen Epiſcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum S.R.E. Cardinalium, licet non ſtatim à principio fuerit Romanæ Eccleſiæ, ſed progreſſu temporis ortum, munus tamen ipſorum ſemper extitit cum Pontificia Sede coniunctum. Pontificatus namq; citra opem, ſubſidium, & conſilium multorum adminiſtrari nequiuit vnquam. Vnus etenim haud poterat tantam ſolus molem, & pondus ſuſtinere, quin in partem miniſterij nonnullos idoneos adſciſceret, quibus cum ardua negotia Eccleſiæ pro tempore occurrentia, tractaret, & penſum cuiq; laboris impartiretur. tales fuerunt apud Petrum Apoſtolorum Principem Linus, Celſus, Clemens, Anacletus, & Marcus Euangeliſta, atq; alij permulti, qui Pontificatus eius munia, & onus ſubierunt, & coadiutores, & conſiliarij in re gerẽda, & adminiſtranda fuere.

Qui licet nomen Cardinalium, tunc in ſuetum, haud habuerint, munus tamẽ, & officiorum genuinum, quod nunc Cardinales exercent, proculdubio præſtiterunt. Non multò autem poſt, Euariſtus titulos in vrbe presbyteris diuiſit, vt vnuſquiſque ſuæ parocciæ terminis, certiſque limitibus diſtingueretur. Deinde Higinus, tradẽte Damaſo, clerum compoſuit, & gradus diſtinxit. Hinc creditur gradus ita diſtinxiſſe, vt alij ſuperiores, alij inferiores presbyteri, & Diaconi haberentur, alij præeſſẽt,

ſubeſſent

ſubeſſent alii,& quidam Cardinarij,aut Cardinales co gnomento Præſidum Aſiæ honoris gratia illis adiecto, rel. qui autem ſimplices Presbyteri,& Diaconi E.R.nō tamen Cardinarii,aut Cardinales dicerentur. Erant autem tunc Romæ Curatores regionum Vrbis,ſub præfecto Vrbis conſtituti,qui,quæ regionis cuiuſq. eſſent cōmoda,ciuiliter adminiſtrabant. Hos noſtra ætas capita regionum uocat. Horum imitatione ad promouendā Religionem Chriſtianam,prædicationem,baptiſmum, & Euchariſtiam miniſtrandam,ſeptem primum Diaconi,ſeptem regionibus præfecti,quæ ſolæ ex quatuordecim ab incendio Neroniano ſaluæ,& incolumes euaſerunt,atteſtante Tacito,qui ait,In regiones quatuordecim Roma diuiditur, quorum quatuor integræ manebant,tres ſolo tenus deiectæ, ſeptem reliquis pauca tectorum veſtigia ſupererant,lacera,& ſemiuſta. Primis igitur temporibus non multo poſt Neronis Imperium, ſicut ſeptem Curatores,aut capita erant regionum Vrbis,ciuilia tractantia,ita totidem iiſdem regionibus Curatores inſtituti,ſeptem primores Diaconi,quin ſacram Religionem Chriſtianam promouerent,& vita,ſi opus eſſet,& expoſita,pietatem tuerentur. Quod ex decretis Simmachi,Hormiſdę,Gelaſij,ac Gregorij Magni Pontificum Maximorum elucefcit. Floruit autem Simmachus anno Dñi CDXCIIX. in cuius decretis ita Diaconi regionarij ſubſcribunt. Cyprianus Diaconus S. R. E. regionis ſeptimę his ſubſcripſi,& conſenſi ſynodalib. conſtitutis,atq. in hac me profiteor manere ſententia,& ruiſus; Anaſtaſius Diaconus regionis primæ ſubſcripſi. Citonatus Diaconus regionis quintæ ſubſcripſi. Ioānes Diaconus regionis ſecundæ ſubſcripſi. Tertullus Diaconus regionis quartæ ſubſcripſi. Sed ante Simmachū, S. Syluester I. Beatiſsimus Pontifex in Concilio Romano

dinalium niti, eorumque præſentia ope eam regi neceſſe eſt. & ſicut mundus iſte vertitur circa ſuos cardines, fecit enim Deus cardines orbis terræ, & poſuit ſuper illos
cap. 2. orbem, vt habetur primo Regum, ſic Eccleſia Christi, diuino inſtituto, in Cardinalibus ſuum ſeruat motum. & ſicut Deus ſtatuit coelum ipſum niti cardinibus, ſic etiam voluit cęlum huius militantis Eccleſiæ Cardinalibus niti, ut cardinum officio fungētes, conſilio, prudētia, & laboribus adhęreant Romano Pontifici Chriſti
Homob. in Cōmen. de hum. vit. ſtat. p. 1. Vicario, & totius Eccleſiæ pondus ſuſtineant, & regant. Homobon. in Comment. de hum. vitæ ſtatu. par. 1. c. 5. hinc magna dignitas Cardinalatus, quam nemo conſtituere poteſt ſine auctoritate Eccleſiæ, cum nuſquam gētium conceſſum ſit Cardinales eſſe, aut creari, niſi in Eccleſia Romana. in diſt. 22. c. ſacroſanctæ. dicitur. Hæc verò Apoſtolica ſedes caput, & cardo (vt præfatum eſt) à Domino, & non ab aliis conſtituta eſt; at ſicut cardine oſtium regitur, ſic huius Apoſtolicę ſanctę ſedis auctoritate, omnes Eccleſiæ Domino diſponente reguntur. Vnde fortaſſis dicti ſunt Cardinales Sāctę Romanę Eccleſię, à cardine, videlicet, quia eorum conſiliis Eccleſia Romana, quæ eſt omnium Eccleſiarū cardo, dirigitur. Dicuntur etiam propriè Romanę Eccleſię filii, quoniā inde manet ipſorum dignitas, in eademque poſt Papā Principes exiſtunt ad eam augendam, atque adornandam. Romanæ Eccleſię, Apoſtolicęque Sedis ſtatus, Cardinalium auctoritas, & officium declaratur. Chriſtianis omnibus ex ipſorum Cardinalium ſolemni, atque communi nomine, omnes enim vno nomine Cardinales nuncupantur, quia vnā, & continuò deſeruire debent Romano Pontifici, & Apoſtolicæ ſedi preſto eſſe, atque hoc modo Cardinalibus nomen indictum eſt à

ſancta.

ſancta Sede Apoſtolica, cui vt adhæreat perpetuò, ac deſeruiant ipſa officij dignitas flagitat; & tantùm licet propriè Romana Eccleſiæ habere Cardinales, quatenus ipſa Romanę Eccleſia,& Sedes eſt in Chriſto ſummo omnium Pontifice. Non enim locus,aut Vrbs Romana efficit Sedem Pontificis,ſed perſona ad Summũ Sacerdotium aſſumpta.vbicunque igitur propria Pontificis perſona adeſt,ibi Romana Sedes,& Eccleſia in perſona D. Petri Apoſtolorum Principis inſtituta per Chriſtum. Huic ergo almæ matri Eccleſiæ,quæ thronus Dei,& cœlum appellatur in terris, Cardinales pro cardinibus deſeruiunt.hæc autem dignitas Cardinaliũ, & nomina apud Chriſtianos vbique ſunt comprobata, propria,& communi obſeruatione ſanctæ Rom. Eccleſ. Conſueuerunt etiam Canonici quorundam principaliũ Eccleſiarum vocari Cardinales, vt in Eccleſia Compoſtellana in partibus Hiſpaniarum,vbi iacet corpus S. Iacobi Apoſtoli,vt refert Mariana lib.10.de reb.Hiſpaniæ c.6.& olim in Eccleſia Rauennata,& in Aquileiẽſi,Mediolanenſi,Beneuentana, & Piſana atteſtante Anaſtaſio,Germanio lib.3.de ſacrorum immunit.cap.6. Canonici Cardinales vocabantur, tanquam Canonici principalium Eccleſiarum,vel tanquam reliquis eiuſdẽ Eccleſiæ Canonicis digniores, quorum certa quædam inſignia erant,quibus à reliquis Canonicis diſcernebãtur.

Sed gloſ.in c.Pudor.c.32.q.1.de his quaſi per deriſionem,inquit,dicitur Cardinalis Rauennæ, ſicut dicitur Schacorum. Soto in quarto diſt.24.q.2.art.4.opinatur hunc ordinem Cardinalium non eſſe iuris diuini, hoc eſt non fuiſſe inſtitutum à Chriſto Domino, hacq. nititur ratione,quia Romanus Põtifex Cardinales creauit,vt eorum conſilijs iuuaretur,eorumque opera in Ec- De Card. quæ ſint iuris diuini,& quæ poſitiui.

 cleſia

cleſiæ gubernatione vteretur, neque legimus vllos eſſe à Chriſto Domino Cardinales, vt Cardinales ſunt, inſtitutos. nec vſquam ſacræ litteræ Cardinalium meminerunt; & hierarchia Eccleſiaſtica, diuina ordinatione inſtituta, conſtat Epiſcopis, Presbyteris, & miniſtris. Et de Cardinalibus intelligitur, non vt ſunt Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi, ſed eum, vt ſunt Cardinales, nam præter ordinem Epiſcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, nihil aliud Cardinales habent, niſi Romano Pontifici aſſiſtere, & vt ipſum ſuo conſilio, opera, ſtudio, induſtria, & cura iuuent, & communia totius Eccleſiæ negotia tractent. vnde præter tres ordines dictos, tota Cardinalium poteſtas à Romanis Pontificibus manauit, ac fluxit, ſcilicet, quòd Pontificem eligant, quod in Pontificijs, comitijs aſſiſtant, quod ſuffragium ferant, ſententiam dicant, conſilia dent, Eccleſię negotia conficiant. ſicut enim in alijs Eccleſijs, quibus præſunt Epiſcopi, Canonicorum ſunt Collegia, quibus præficitur Decanus, ſicut præpoſitus, ſic in eccleſia Romana eſt ſacrum Caedinalium Collegium ab ipſis Summis Pontificibus inſtitutum. Iuris tamen diuini eſt, vt Summus Pontifex tanquam Chriſti Vicarius habeat Epiſcopos, Presbyteros, & miniſtros tanquam adiutores, his enim conſtat Eccleſiaſtica hierarchia diuina ordinatione inſtituta, vt habetur in Conc. Trid. ſeſſ. 23. can. 6. ideo negari non poteſt, Cardinales, vt ſunt Summi Pontificis adiutores, conſiliarij, & cooperarij, adumbraturo fuiſſe in ſacerdotibus, & miniſtris Leuitici generis; & hoc eſt, quod dicit Innocentius III. in c. per venerabilem. qui ſi lij ſint legit. & quod docuerunt S. Antonin. 3. p. tit. 21. c. 1. & 2. Turrecremata in ſumma lib. 1. c. 80. & 83. & Auguſtinus Triumphus Anconitanus in tract. de poteſt. Eccleſiaſt. q. 102. nomen tamen Cardinalium officium, digni-

dignitas,numerus,diſtinctio Titulorum, & alia priuilegia,quibus Cardinales potiuntur,à Summis Pontificib. ſunt inſtituta. Qui quidem Cardinales in tres gradus ſunt diſtincti,ſicut enim primo Summo Pontifici Domino noſtro Ieſu Chriſto in triũphali Eccleſia tres hierarchię Angelorum obſequuntur,ita ad exemplar illius Eccleſia militãti circa Vicarium ſuum tria genera Cardinalium ipſi Vicario obſequentium fuerunt inſtituta. qui Cardinales ſunt vocati,vt ſupradictum eſt, in partẽ ſolicitudinis totius Eccleſiæ,cum eorum conſilio Summus Pontifex ordinet agenda,& diſponat. Sunt igitur in illo ſacro Senatu Epiſcopi Cardinales, Presbyteri Cardinales,& Diaconi Cardinales.omnes autem Cardinales quamuis non ſint de numero Epiſcoporum, sũt præferendi Epiſcopis non Cardinalibus,non tamẽ habent maiorem dignitatem,quàm Epiſcopi, etſi maius habeant,officium,habent enim officium vltra Epiſcopos,quod eſt aſſiſtere Summo pontifici Romano; nec quicquam in ſacrum Collegium Cardinalium cooptari ſolet ſaltem ſine Diaconi titulo, nec inter Cardinales in comitijs ſuffraginm fert,præſertim cum de eligendo Pontifice Cardinales tractatur, qui Diaconus non ſit arg.clem.vt hi,qui de ætat.& qualit.ordin. Quando autem ſedent circa pontificem,primum locum tenent,Epiſcopi,ſecundum presbyteri,tertium Diaconi. Epiſcopi Cardinales olim fuere octo,nempè Hoſtienſis, Veliternus,Siluæ candidæ,ſiue SS. Ruffinæ,& Secundæ, Portuenſis,Sabinæ,Prænoſtinus,Tuſculanus, & Albanus. Calliſtus vero Secundus coniunxit Eccleſiam ſanctarũ Virginum Ruffinæ,& Secundæ cum Eccleſia Portuẽſi; & Eugenius Tertius Veliteruam Hoſtienſi, ita quòd tituli Epiſcoporum Cardinalium remanſerunt ſex tan-

De tribus gradibus Cardin.

Epiſcopi Cardinales.

tum,qui uſque ad hæc noſtra tempora perdurant. Inter hos Epiſcopos Cardinales antiquior ratione ſuæ ordinationis appellatur Decanus Collegij Cardinalium; & Paulus Quartus inſtituit,vt is Decanus eſſet,qui moriente Decano antiquior alijs Epiſcopis Cardinalibus in Vrbe præſentibus,vel etiam abſentibus Eccleſiæ tamen cauſa fuiſſet. & vnus Cardinalium ſuccedit in locum alterius per optionē,ita quod ſi moriatur Hoſtienſis ſuccedit Portuenſis,& ſic deinceps. Inter hos autem Epiſcopos Cardinales ſemper magno in honore eſt habitus Hoſtienſis,ad quem ab antiquo tempore, vt etiā D.Auguſtinus epiſt. 165. inquit, pertinet Romanum pontificem conſecrare; ac propterea ipſe inter Epiſcopos pallio,quod eſt Archiepiſcoporum inſigne, vtitur ex inſtitutione S.Marci papæ,vt Damaſus teſtatur. Tales porrò Epiſcopi,eo quòd Vrbi Romæ finitimi,& vicini eſſent,ob Curiam Romanam frequentare conſueuerunt,& honorari,& coli prę cęteris cęperunt,tanquā Summo pontifici,vt Vrbis Archiepiſcopo ſubiecti, & eiuſdem Suffraganei. Quo factum eſt, vt Cardinales Epiſcopi ante Leonis noni tempora cœperint nominari,hoc eſt,principales,ſiue primarij Epiſcopi, eò quòd eſſent cęteris reliquarum Eccleſiarum Epiſcopis celebriores,& inſigniores. De titulis autem presbyterorū Cardinalium,inquit,Onuphrius Panuinus in opuſculo de Cardinalibus; erant ab antiquo tempore Romæ quatuordecim regiones,& quamuis tunc fortaſſis ſingulis regionibus ſinguli presbyteri præficerentur, creſcente tamen numero chriſtianorum, uel plures eccleſię in ſingulis regionibus erectę ſunt; vel duo in vnaquaque regione,presbyteri ſunt conſtituti,ac propterea facti ſunt vigintiocto tituli. Azorius autē in ſecunda parte

Decanus Collegij.

D.Aug.ep.165

De tit. Presbyterorum Card.

te Inſtitutionum Moralium lib.4.c.1.exiſtimat, Vrbis templa,ſiue eccleſias olim dici ſolitas, Titulos, quibus qui erant presbyteri animarum curam habentes, & ſacramenta miniſtrantes,dicebantur ſic:Laurentius presbyter tituli S.Marcelli,Stephanus presbyter tituli ſancti Marci:poſtea vocari cœperunt presbyteri Cardinales,hoc eſt,principales,vt à cæteris aliorum titulorum, ſiue in Vrbe,ſiue extra Vrbem erectorum diſtinguerentur,& nominabantur ſic; Laurentius presbyter Cardinalis tituli ſancti Marcelli;Stephanus presbyter Cardinalis Tituli ſancti Marci.Ego autem ſuperius dixi, huiuſmodi Titulorum originem fuiſſe non ſolum ex regionibus Vrbis,quibus præerant presbyteri,ſed etiam ex domibus, prædijs,villis,& alijs huiuſmodi rebus donatis eccleſiæ,ut tu videre poteris. Tituli igitur presbyterorum Cardinalium in Vrbe antiquitus erecti fuerũt. 28. ſcilicet 1.S.Crucis in Hieruſalem.2.SS. Marcellini, & Petri.3.SS.Quatuor Coronatorum.4.ss.Ioannes, & Pauli.5.S.Anaſtaſiæ.6.s.Sabinę.s.Stephani in Monte Cœlio.8.s.Clementis.9.ss.Nerei,& Archillei 10.s.Suſanæ.11.s.Pudẽtianæ.12.s.Petri ad Vincula.13.s.Martini in montibus.14.s.Sixti.15.Euſebij.16.s.Priſcę.17. s.Vitalis.18.s.Marci.19.s.Marcelli.20. s. Laurentij in Lucina.21. Baſilicæ duodecim ss.Apoſtolorum. 22.s. Laurentij in Damaſo.23.s.Balbinæ.24.s.Cæciliæ. 25. s.Chriſogoni.26.s. Praxedis. 27. s. Mariæ Tranſtiberim.28.s.Cyriaci in Thermis.Quibus Titulis à ſummis Pontificibus additi ſunt ſequentes.1.ss.Quirici, & Iulitæ.2.s.Ioannis ante pottam Latinam.3. s. Agnetis in Agone.4.s. Laurentij in Paniſperna.5.s.Thomæ in Parione.6.s.ſylueſtri in campo Martio. 7. s.Pãcratii.8.s. Bartholomæi in Inſula.9.s.Matthæi in Marulana. 10. s.Mariæ de Ara Cœli.11.s.Mariæ in Via. 12.s.Mariæ

ſuper

ſuper Mineruam.13.s. Mariæ Angelorum in Thermis. 14.s. Hieronymi Illiricorum. 15.s. Apollinaris. ſixtus verò Quintus alios recentiores Titulos veteribus adiun xit, qui fuerint. 1.s. Onuphrij in Ianiculo. 2.s. Auguſtini. 3.s. Mariæ de populo. 4.s. Alexij in Auētino. 5,s. Blaſij de Annulo. 6.s. Mariȩ de Pace. 7.s. ſaluatoris de Lau ro. 8.s. Petri in Monte aureo. 9.s. Trinitatis in Mōte Pin ciano. 10.s. Mariæ Transpontinæ. Ex omnibus his titu lis presbyterorum Cardinalium vnus non extat, videlicet; s. Cyriaci in Thermis, quare duo, & quinquaginta remanent. Diaconiȩ uerò in quibus Diaconi Cardinales habitabant, vt Onuphrius voluit in libello de ſeptē Eccleſijs Vrbis, non exceſſerunt numerum ſeptennariū vſque ad annum milleſimum, & quia quatuordecim regiones Vrbis erant, ſinguli, inquit ipſe, in duobus regionibus ſeruiebant; poſtea iuxta 14. regiones, 14. Diaconi creabantur, vt ſinguli ſingulis regionibus præficerentur. Sed inuenitur etiam aliquando numerus Diaco norum fuiſſe 18. qui numerus per aliquot annos continuatus eſt, poſtea auctus per Paulum Tertium, qui anno 1545. vſque ad 19. Diaconos Cardinales auxit, & per Paulum Quartum productus eſt vſque ad 25. tandem Sixtus Quintus eos ad 14. reſtituit iuxta veterem regionum Vrbis numerum. Diaconiæ igitur quatuorde cim, totidem Vrbis regionibus reſpondentes, ſunt hæ. 1.s. Mariȩ in Aquiro. 2.s. Mariȩ in Coſmedin. 3.ss. Coſmȩ, & Damiani. 4.s. Mariȩ Nouȩ. 5.s. Adriani. 6.s. Mariȩ in Via lata. 7.s. Mariȩ in porticu, 8.s. Angeli in ſero piſario. 9.s. Nicolai in carcere. 10.s. Mariȩ in Dominica. 11.s. Euſtachij. 12.ss. Viti, & Modeſti. 13.s. Agathȩ. 14.s. Gregorij ad Velabrum.

De Diaconis Cardinalibus.

Huiuſmodi autem Diaconiȩ, quamuis eſſent ȩdes ſacrȩ in honorem, & memoriam ſanctorum dicatæ, non

tamen

Digitized by Google

tamen dicebantur Tituli, quia Diaconi, qui earum præfecti, vel cuſtodes erant, & qui in domibus iuxta ea tẽpla habitabant, non habebant curam animarum, nec ſacramenta conferebant, ſed demandata ſibi munia in ſua regione faciebant, & pontifici Romano ſacra operanti preſto aderant, Eccleſiæ theſauros cuſtodiebant, pecunias plebi inopia laboranti, iuxta præſcriptas ſibi rationes in ſuis regionibus dabant. Antiquitus, vt ſupra diximus, nominabantur ſic; Laurentius Diaconus primę regionis; Ioannes Diaconus quartæ, vel ſextæ, vel decimæ regionis, poſtea cœperunt dici, Petrus Diaconus Cardinalis. s. Adriani; Syluester Diaconus. ss. Viti, & Modeſti. & dicti ſunt Diaconi Cardinales, ut à cæteris Diaconis, qui erant in alijs, & Ciuitatibus diſcernerentur. Tituli autem presbyterorum Cardinalium erant taliter diſtincti à Diaconiis Diaconorum Cardinalium, quod nulla ratione, aut Presbyter Cardinalis Diaconiam, aut Diaconus Cardinalis titulum haberet. quando verò occidebat, ut Diaconus Cardinalis presbyter fieret, tunc relicta Diaconia ſua titulum accipiebat. qui ordo inuiolabiliter obſeruatus fuit vſque ad tempora Sixti Quarti, qui, vt ait Onuphrius, primus conceſſit titulum Diacono Cardinali, & Diaconiam presbytero Cardinali, ſed sixtus Quintus cum conſtituiſſet certum numerum Diaconorum Cardinalium, nempe 14. decreuit etiam, ac presbytero Diaconia, aut Diacono titulus in poſterum daretur. Ex eccleſijs igitur Epiſcoporũ, ex titulis presbyterorum, & ex Diaconijs Diaconorum excipitur numerus Cardinalium, ſcilicet 72. iuxta numerũ Diſcipulorum Chriſti D.N. qui fuerunt 72. eccleſiæ autem epiſcoporum Cardinalium ſunt ſex; tituli presbyterorum ſunt quinquagintaduo; & Diaconię quatuordecim; quæ omnia faciunt numerum ſeptuaginta *De numero Cardinalium.*

ginta

gintaduo, & Diaconiæ quatuordecim; quæ oīa facere nnmerū 72. Qui quidem numerum ſecnndum aliquos non deberet vnquam augeri, ſed ſic remanere pro reuerentia ſeptuaginta duorum Diſcipulorum Chriſti, qui ſeruientes in carne Domino, aliquo modo ſignificabant Cardinales in Eccleſia Romana ſeruiētes ſummo Pontifici. alij autem aſſeruerunt tantùm 12. Cardinales debere creari ad honorem 12. Apoſtolorum, quorū Collegium continuatur in Collegio Cardinalium. In Concilio Baſilienſi ſeſſ. 23. ſtatutum fuit, ne plures Cardinales crearentur, quàm viginti quatuor. Similiter poſt mortem Pij ſecundi, Sede vacante ante creationem Pauli ſecundi, Cardinales, qui erant in Conclaui conſtituerunt quaſdam leges, ac illas iurarunt, inter quas hæc vna erat, quod ille, qui aſſumeretur ad ſummum pontificatum, non crearet Cardinales, donec qui erant creati, non eſſent redacti infra numerum 24. nec pati maiorem hoc numero Cardinalium eſſe in Eccleſia. Ego dum eſſem Romę, quadam die in Palatio Titularis ſancti Petri ad Vincula, audiui Cardinalem titularem contendentem cum quodam epiſcopo doctiſſimo de numero Cardinalium, aſſerebatque Illuſtriſſimus ille Cardinalis, ſi aliquando eſſet ſummus pontifex, quòd vellet reducere numerum Cardinalium ſolum ad 12. ratione ſuperius adducta, quia Collegium Apoſtolorum conſtabat ſolùm ex 12. Ille verò epiſcopus dicebat, ſi vllo vnquam tempore fuiſſet aſſūptus ad pontificatum, quod non credebat, velle creare tot Cardinales, quod omnes iu Collegio eſſent nonaginta, & cum ſummo Pontifice nonaginta unus. & ratio eſt, dicebat ipſe, quia ſummus Pontifex cum Collegio Cardinalium repreſentat primitiuam eccleſiā poſt Aſcenſionem Domini; in primitiua autem eccleſia erat

D.Pe-

Digitized by Google

D. Petrus Summus Pontifex cum cæteris vndecim Apoſtolis, erant 72. Diſcipuli Domini, & erant ſeptem primi Diaconi, qui omnes cum D. Petro faciunt, ut diximus, numerum 91. Qui verò tantùm vellent eſſe 24. Cardinales, fortè referrent illos ad 24. Seniores, quos B. Ioannes in Apoc. cap. 4. vidit mittentes coronas ſuas ante thronum Dei. Sed maior pars Doctorum ſentit numerum Cardinalium poſſe augeri, & minui ſecundum liberam voluntatem Romani Pontificis. ita docet Martinus Lauden. in tract. de Cardin. par. 2. q. 2. Card. Albanus. de Cardin. q. 41. Franc. in cap. vbi periculum. de elect. in 6. & alij. Verum tamen eſt, quòd quamuis in Eccleſia ſancta Dei ſit maxima negotiorum moles, nihilominus tamen Romanus Pontifex nunquam maiorem numerum Cardinalium habuit duobus, & ſeptuaginta, quibus ſemper conſuluit omnibus Chriſtianę Reipublicæ neceſſitatibus. Archid. c. ubi periculum. de elect. in 6. Barbat. in tract. de Cardin. q. 1. num. 5. Manfre. de Cardin. c. 3. Sixtus V. in Bulla Incip. Poſtquam verus, vnde qui ponunt tempore Pontiani papæ fuiſſe Cardinales ducentos triginta ſex nullam habent auctoritatem. Ius autem creandi Cardinales nō eſſe apud Collegium Cardinalium, quando Eccleſia eſt viduata ſuo Romano pōtifice, docet Gloſ. in clem. c. ne Romana. & Alex. c. nullus. diſt. 79. ſimiliter huiuſmodi ius nō eſt apud Concilium generale, quamuis Iacobat. tract. de Concilio, lib. 6. q. 1. & Manfre. de Cardinalibus, dicant. Concilium generale poſſe creare vnum, vel plures Cardinales, cum neceſſitas poſtulat, nunquam tamen legitur, Concilium generale ullos creaſſe Cardinales, quia totum ius creandi Cardinales eſt apud Romanū pontificem, qui ſibi huiuſmodi creationem reſeruauit. Verum eſt tamen, quòd quamuis Romanus pontifex

Apoc. cap. 4.

Apud quē ſit ius creādi Cardinales.

Totū ius creandi Cardinales eſt apud Pont. Rom.

abſolutè poſſit abſq; aſſenſu Collegij Cardinales creare, ut Felin. & Decius dicunt in Rubr. de Conſtit. id tamen nequaquam ab eo fieri ſolet, quia Cardinalium creationes ſunt magni momenti; ardua uerò negotia non ſolet pontifex abſque Cardinalium conſilio expedire; ita Zabarel. in repetit. ſuper c. perpẽdimus. de ſent. excomm. Ioan. Monachus in c. ſuper eo. de hæret. in 6. Cardinales autem non ſolum habent ſimplex munus, & officium ſcilicet iuuandi pontificem conſilio, opere, ſtudio, & induſtria, ut putant aliqui, quos refert Card. Albanus de Cardinal. q. 6. verùm etiam habent dignitatem, quia non eſt dubitandum nomen Cardinalis eſſe nomen dignitatis, nam Cardinales cæteris in Eccleſia Dei poſt papam, etiam Epiſcopis non Cardinalib. honore, & dignitate præſtant. amplius habent ius, & poteſtatem eligendi Romanum pontificem, quod eſt honoris, & dignitatis. item iuriſdictionem Epiſcopalẽ habent in Eccleſijs, quibus præſunt. c. his, qui. de maiorit. & obed. tandem ille dignitatem habere creditur, qui in Eccleſia honoris aliqua prærogatiua gaudet, & penès quem eſt aliquod ius, & poteſtas, ſed Cardinales multis prærogatiuis potiuntur, vt infra videbimus, iuſquè, ac poteſtatẽ in multis cauſis, & rebus maximi ponderis, & momenti habent, vnde meritò dignitatem habere cenſentur; & hanc ſententiam multis rationibus Cardinalis Albanus de Cardinal. q. 6. confirmat. Magna igitur dignitas Cardinalium, qui nihil aliud ſunt, vt ſupra diximus, niſi Epiſcopi, presbyteri, & Diaconi Electores, Conſiliarij, & Coadiutores Summi pontificis, nec Cardinalatus inſtitutio eſt noua, vt inimici Eccleſiæ detractant, nam ſi Cardinales, ut Epiſcopi, presbyteri, & Diaconi conſiderentur, à Chriſto ipſo inſtituti ſunt, & ab initio Eccleſię vſque ad hæc noſtra tempora

Cardinales nõ ſolũ habẽt ſimplex officium, ſed etiã dignitatem.

Cardinalatus iſtitutio eſt antiqua.

pora

pora perdurarunt, & ideo tàm ſunt antiqui, quàm ante qua eſt Eccl. ſia, ſi etiam illos conſideremus quò ad munus & officium, quod exercēt in Eccleſia, iam ſupra diximus Linum, Cletum, & alios Coadiutores D. Petri primi Sūmi Pontificis, huiuſmodi munus exercuiſſe, & ideo etiam ex hac parte officij ſui Cardinales eſſe antiquiſſimos in Eccleſia patet, nam hoc officio eligendi Pontificem, eumdemquè conſilio, atque opera adiuuandi, ſemper functi ſunt Presbyteri, & Diaconi Romani, cum Epiſcopi Vrbi adiacentibus. Et ut dicit Cardinalis Bellarminus in Apologia pro reſponſione ſua ad librum Iacobi magnæ Britanniæ Regis, capite quarto, hoc ſolum intereſt inter antiqua tempora, & recentia, quòd olim ob paucitatem perſonarum, non diſtinguebantur Presbyteri, & Diaconi Romani Cardinales à non Cardinalibus, ſed omnes in communi hoc officio fungebantur; poſtea uerò creſcente numero Presbyterorum, & Diaconorum, & confuſionem, ac tumultus uarios ipſa multitudine pariente, neceſſe fuit paucos ex multitudine ſeligere, qui hoc munere fungerentur, atque ij dicti ſunt Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi. S. R. E. Cardinales. Hæc autem reuocatio ad paucos, & eminentia, quę inde ſequuta eſt Cardinalium, antiqua eſſe conſpicitur, ab eo enim tempore pluſquam ſexcenti anni numerantur. & Petrus Damiani in epiſtola ad Antipapam Cadaolum multa ſcripſit de Cardinalium ampliſſima dignitate, ad quā ipſe ſublimatus eſt à Stephano Papa nono anno 1058. multa etiam ſcripſit D. Bernardus in libro 4. de conſideratione ad Eugenium Tertium, vbi præter cætera, dicit Cardinales de omni orbe eſſe eligendos, quoniam totum orbem ſunt iudicaturi. Multa etiam leguntur in probatis hiſtoricis antiquis, ex quib. Abbas Vrſpergenſis in chronico ad an-

Petrus Damia

D. Bernardus.

num Domini 1116. teſtatur in Concilio generali ſub Paſchali ſecundo Cardinales fuiſſe vocatos, potiora, membra Eccleſię. ratio autem apertiſſima, cur tanta ſit dignitas Cardinalitia, eſt, quia vt diximus ipſi ſoli ſũmũ põtificẽ eligunt, eique vt collaterales, & coadiutores in regenda vniuerſali eccleſia ſemper aſſiſtũt, & ideo Principes eccleſiaſtici iure dici poſſunt. Nec audiendi ſunt hoſtes Eccleſiæ, qui conantur dignitatem epiſcoporum anteponere dignitati, Cardinalium, quamuis enim epiſcopus poteſtate ordinis ſit presbytero Cardinali maior ſimiliter presbyter eadem poteſtate ſit Diacono Cardinali ſuperior, quia Epiſcopus in ſacramentis multa poteſt, quæ presbyter Cardinalis non poteſt; & presbyter ſacramentum Chriſti corpus conſecrare, rem diuinã facere, & offerre pro viuis, & defunctis, & alia ſacramenta miniſtrare, quæ non poteſt Diaconus Cardinalis; attamen adminiſtrationis auctoritate, & dignitate honoris, Cardinales Epiſcopis longè præſtant; Cardinaliũ enim eſt, vt ſæpius diximus, Romanũ Põtificem eligere, ei à conſilijs eſſe, ardua vnà cum eo, totius Eccleſiæ negotia tractare, & agere; item Romanus Pontifex appellat Cardinales fratres, quorum conſilio dicit ſe hoc, aut illud decernere; tandem Cardinales in publicis comitijs, & conuentibus, in publicis ſupplicationibus, & alijs quibuslibet rebus primi à Romano põtifice ſedẽt, primi ſuffragium, & ſententiam ferunt, ſubſcribũt, ſtãt, incedunt; & ſicut Epiſcopi ſua habent Canonicorum Collegia, ſic etiam in ipſa Romana Eccleſia, tanquam pontificiorum quorundam Canonicorum Collegium eſt purpuratus, & ſacer Senatus, qui vnà cũ ipſo Põtifice vnũ veluti corpus efficit, cuius caput eſt Papa, & mẽbra ſunt ipſi Cardinales, & ſicut presbyter ordinis Poteſtate eſt Archidiacono ſuperior iuriſdictione tamen, admini-

Cardinales præcedunt Epos.

Papa appellat Card. fratres.

ſtratione,& honoris dignitate ſolet eſſe inferior;& preſbyter,qui eſt Epiſcopus electus,& confirmatus,nondũ tamen cõſecratus eſt presbytero iuriſdictione ſuperior, quamuis ordinis poteſtate par;ita etiam Cardinalis eſt Epiſcopo adminiſtratione ſuperior,ſed inferior ordinis poteſtate. Refert Iacobatius libro primo de Concil. epiſtolam Eugenij Quarti ad Archiepiſcopum Cautuarienſem,vbi multis rationibus concludit,Cardinalem honoris dignitate eſſe Epiſcopo,Archiepiſcopo, & Patriarcha ſuperiorem,nam S.Syluester conſtituit, vt ſine plurimis teſtium ſententijs Cardinalis damnari non poſſit, quod nullum epiſcoporum,Archiepiſcoporum,Patriarcharum habere legimus. Apoſtoli Chriſto aſſidebant, qui ſimilitudinem referebant Cardinalium Pontifici aſtantium;cum tamen Epiſcopi ſignificati ſint in Apoſtolis per totum terrarum orbem ad Euangelium promulgandum miſſis.Papa Cardinales appellat ſui corporis partem. Cum è Curia Romana Cardinalis mittitur, dicitur Legatus è latere Apoſtolico deſtinari:& in prouincia,ad quã eſt miſſus,cæteris antecellit. Qui in Cardinalem manus violentas infert,vel conſilium, aut fauorem ad id præſtat,reus læſæ maieſtatis habetur, & grauiſſimis pœnis coercetur: quibus non punitur. qui reliquos Eccleſiarum Antiſtites offendit. Cõſtantinus ait:Volumus deinde Romanæ Eccleſiæ clericos Reuerendiſſimos ſingulos habere illud ſanctum potentiæ, & excellentiæ,cuius ſanctiſſimi noſtri Senatus gloria adornantur Cõſules,ideſt Patritios fieri. Cæteri idem eccleſiæ prælati certis eccleſijs præſunt,at Cardinales cõmuni totius eccleſiæ ſaluti conſulunt,& ſtudent:reliqui certas eccleſias regunt,Cardinales verò unà cum Papa totius Reipublicæ chriſtianæ negotia pertractant. hæc ex illa epiſtola habentur.

Apoſtoli ſimilitudinem referebant Card.

Qui in Cardin. manus violẽtas refert, habetur reus læſæ maieſtatis.

Conſtantini lex ꝑ cleric.S, R.E.

Cum

Religionis,& Chriſti fidem,& Chriſtianos omnes com muniter,& priuatè totis viribus defendere, ac ſi opus fuerit,ſanguinē pro Eccleſiā S.Dei effundere,& in hac ſententia conſtantiſſimè permanere;ideo in ſignum huius rei Cardinales purpureis galeris vtuntur propter Cardinalatus præſtantiam,& gradus dignitatem, ad quam aſſumuntur à Romano Pontifice cum Cardinales creantur. Hunc verò galerum purpureum ex ſerico,& auro ornatum,primus omnium Innocentius Quartus patria Genuenſis,è familia Fliſca nobiliſſima, capitib. Cardinalium impoſuit anno Incarnationis 1244. in Vigilia Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et Paulus Secundus Venetus anno primo ſui Pontificatus,nē pè 1464.publico decreto mandauit,propoſita pœna, ne quiſquam birretam coccineam (ſic enim appellant capitis tegmen) pręter Cardinales,ferret. habitumque Cardinalium reduxit ad hunc modum quo nunc vtuntur;immo etiam ipſis pannum coccineum dono dedit, quo equos,vel mulos ſternerent,dum equitarent. Cardinalium igitur veſtes ſunt lineæ (Rocchetos vocant) & pallia inſigniora Pontificia aperta,pellibus maximi pretij intus compoſita,cum hyems eſt,æſtate vero ſerica, quibus more Romano induūtur, vt ſublimis gradus in eccleſia requirit,& Pontificia dignitas.hac autem veſte linea ſuperinduuntur Cardinales,niſi ſint monachi,vel alterius religionis,quam Canonicorum regularium,nā ſi ſint, Canonici regulares induuntur,huiuſmodi veſtibus ad declarandam honeſtam conſuetudinem, vitęque integritatem,candor enim ueſtium puram uitam, atque innocentiam denotat. Et ut dicamus cum Hieronymo Manfredo,lineā ſuperindumentū integritatē vitæ,munditiem,pietatem,illoſquè carni,& vitiis mortuos eſſe,qui talibus amiciuntur,ſignificat. Pallia autē

Innocent.4. dedit Card, galerum purpurū.

Paulus 2. reduxit habitum Card ad modū, quo nunc vtuntur.

Cardinales Monachi, ſiue alterius religionis non deferunt Rocchetum, niſi ſint canonicum Regul.

aperta

in Eccleſia Chriſti;ſunt enim primi ſponſi ipſius poſt Papam,ideo debent eſſe animo, atq. operatione coniuncti Romano pontifice,ad bene gerendam vniuerſam Eccleſiam,& cuncta ardua diligenter, ac ſumma fide agenda ſiue ad ſpiritum,ſiue ad corpus pertineãt. Conſtantinus Imperator conceſſit Cardinalibus,vt habenis aureatis, & faleris circa equos vterentur. Illis præterea calcarib. aureis licet vti.in pallijs etiam ex purpura poſſunt adhibere aurum,nulla ratione habita perſonæ Cardinalium, etiam ſi fuerint monachi,vel alij religioſi,dũ vltra mare in legatione proficiſcũtur; citra mare autem exiſtẽtes non mutant habitum,ſed veſtibus,de quibus ſupra, & infra dicemus,vtuntur. Concedunt Cardinales indulgentias omnes Epiſcoporum,ac etiam maiores,aſſignãt enim vltra formam dies centum. Propria verò inſignia peculiaria ſingulorum trium ordinum, de quibus diximus,egregia ſunt;ſed in primis illa præclara, quę Cardinalium Epiſcoporum ſunt,quoniam Metropolitani auctoritatem pontificiam habent in inter regno pontificis, & in noua eius electione,atq.conſecratione, iure ꝓprio auctoritatem exercent. Omnes etiam pallium gerunt.& proculdubio primas obtinent honoris,excellentiæ, & dignitatis in ſacro Collegio. Cardinales verò presbyteri etiam vtuntur pontificijs ornamentis,in diuinis peragendis benedicunt de more,ſicut Epiſcopi ſolent. Diaconi autem Cardinales,licet ſacra non faciant,nec benedicant,cætera tamen inſignia pontificia,& dignitates aliorum Cardinalium in tertio ſuo ordine habent, nam vtuntur mitra,& dalmaticis,& à ſummo pontifice pallia recipiunt, ſuntq. vnà cum cæteris Cardinalibus vnũ corpus,vnum Collegium. exigunt etiam auctoritate pontificis ſolemnia iuramenta à nouis Patriarchis, & Epiſcopis. meritò igitur in vniuerſo orbe Cardinales

Inſignia peculiaria cuiuſcunq. ordinis Card.

d. Epiſcoporũ.

Presbyterorũ.

Diaconorum.

excellunt, præſtantq. dignitate Patriarchis, Archiepiſcopis, Epis, atq. oib. cuiuſcunq. generis Sacerdotibus. Cardinales, qui Epiſcopi non ſunt, in Eccleſijs, quarum titulos habent, & in capellis, ac reliqs eccleſijs ipſorum titulis ſubiectis, habent iuriſdictionem Epiſcopalem forenſem, vt dicunt Abbas, & Butrius in c. his, quæ de maior. & obed. Imola in Clem. Ne Romani. de elect. Cardinalis Albanus de Cardin q. 46. huiuſmodi autem iuriſdictio eſt, vt poſſint cõferre omnia beneficia, canonicatus, præbendas, & alia quælibet officia curam animarum habentia, ſiue non habentia. immo Sixtus Quartus ampliſſimum illis conceſſit priuilegium, vt refert Felinus in c. his, quæ. de maior. & obed. vt poſſint conferre omnia beneficia ſita non ſolum in eccleſijs, quas iure tituli, ſed et iure comendationis, & adminiſtrationis habent, nõ obſtantibus expectatiuis, vel reſeruationibus, niſi vacent in Curia; & Summus Pontifex dictas Eccleſias, niſi expreſſo Cardinalis ordinarij, vel Commendatarij conſenſu conferre non debeat. Et quamuis iure communi papa, quia eſt Vrbis Epiſcopus, habeat poteſtatem conferrendi omnia beneficia, quæ ſunt in Vrbe, conceſſit tamen Cardinalibus ius conferrendi beneficia ſuorum titulorum, exceptis tribus Eccleſijs. ſ. D. Petri Principis Apoſtolorum, S. Ioannis Laterani, & S. Mariæ maioris, quarum canonicatus, præbendas, dignitates, ac officia ſibi reſeruauit. Sicut etiam ſibi reſeruauit collationem, prouiſionem, præſentationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem S.R.E. Cardinalium à Romana Curia abſentiũ, ratione ſuorum epiſcopatuum, Cardinalatus, & in eorũ Cardinalatib. Eccleſiarum, ac titulorum ſpectantia, quãdiu abſentia ſua durauerit, canonicatus, & præbendas, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, officia, cęteraq. beneficia cum cura, vel ſine cura, vacantia, & inantea va

Quam iuriſdictionem Cardinales in ſuis titulis

catu-

Digitized by Google

catura, tàm eadem Vrbe,quàm in Eccleſijs,ciuitatibus, & diœceſibus dictorum Epiſcopatuum conſiſtentia,&c. Poſſunt etiam Cardinales in ſubditos ſuarum Eccleſiarum excommunicationis,ſuſpenſionis, & interdicti pœnas irrogare. Abbas in c.his,quæ,de maior.& obed. & vt ſupra diximus,poſſunt in dictis ſuis eccleſijs vti inſignibus Pontificijs,& exercere ſolemnem ritum benedicendi more Epiſcoporum, Hoſtien. & Io. Andr.in c.1. de ſupp.negl.præl.Cardinales habentes epiſcopatus, & curam animarum debere commorari, & reſidere in ſuis eccleſijs ſenſere plerique auctores. Abbas in c.bonæ memoriæ.de poſtul.& c.ex geſtis,de cler.non reſiden.Felin. in c.nonnulli.de reſcript.Caiet 2.2.q.185. Sot. lib. 10. de iuſt.& iur.q. 3.ar 4. Homob. de ſtat. vitæ hum. p. 1. c.6. Et Conc.Trid.ſeſſ.23.c.1. de reform. hoc decreuit his verbis. Declarat ſacroſãcta Synodus, omnes Patriarchalibus, Metropolitanis,ac Cathedralibus Eccleſijs q̃buſcunq.quocunq.nomine,& titulo Præfectos, etiamſi S.R.E. Cardinales ſint,obligari ad perſonalem in ſua eccleſia reſidentiã,vbi iniuncto ſibi officio defungi teneantur;neq.abeſſe poſſe,niſi ex cauſis,& modis infraſcriptis. Attamen quia Cardinales Romano pontifici aſſiſtunt, & communi totius Eccleſiæ bono deſeruiunt, ideo iuſtã habere poſſunt cauſam,vt ipſius Romani pontificis indulgentia à ſuis Eccleſijs abſint,nam ex eo præcisè, ꝙ Cardinales ſunt,non liberantur à lege,& præcepto reſidendi, ſed pontificia indulgentia illos ab his legib.ſoluit. Iuſtæ autem cauſæ,ob quas Epiſcopi poſſint abeſſe à ſuis Eccleſijs,à Concilio Tridentino fuerunt definitæ loco citato,ſcilicet,ob chriſtianam charitatem, vrgentẽ neceſſitatem,debitam obedientiam, euidentem Eccleſiæ,vel Reipublicæ vtilitatem,cum igitur Cardinales totius eccleſiæ vtilitati inſeruiant, Pontificis indulgentia à le-

An Card.habẽtes Epatus teneãtur reſidere

à lege reſidendi poſſunt remanere ſoluti, Ex ipſa etiam indulgẽtia pontificia poſſunt Cardinales teſtamentum condere, nam ex ſe ipſis non poſſunt teſtari, niſi de bonis ſui patrimonij, aut de bonis propria pecunia, aut ſuo labore, opera, & induſtria acquiſitis; de bonis verò, quæ ratione dignitatis, vel Eccleſiæ, cuius eſt Cardinalis Epiſcopus, presbyter, vel Diaconus, aut beneficiarius, lucri fecit, teſtari nõ poteſt, & eſt omnium communis opinio. Hoſtien. Io. And. Butr. & alij in c. cum in officiis. de teſt. & in c. quia nos. eod. tit. Quare vt teſtamentum Cardinalis licitè fiat, neceſſarius eſt conſenſus Romani Pontificis. Quo aſſenſu habito, non eſt neceſſe, vt ſeruetur ſolemnis formula iuris ciuilis, ſed tantùm iuris Canonici: Formula iuris ciuilis eſt, vt in teſtamentis adhibeantur ſeptem teſtes, ius autem Canonicum requirit ſolũ duos, vel tres teſtes, iuxta c. cum eſſes. & c. relatum. de teſtam. & ideo quando Cardinalib. conceditur facultas teſtandi à Summo pontifice, ſufficit, quòd ſeruetur ius Canonicum. Ad hoc autem vt teſtamẽtum Cardinalis valeat, neceſſe eſt, vt facultas teſtandi habita à ſummo Pontifice, referatur in publicas tabulas Cameræ Apoſtolicæ, iuxta Conſtitutionem Pij Quarti, quæ incipit, Ingens, & eſt in ordine 131. in qua generaliter præcipit, vt impetrantes priuilegia, ſeu quaſcunque facultates à Romano Pontifice, continentes aliquid, quod Cameræ Apoſtolicæ interſit, intra tres menſes, eas in publicas tabulas Cameræ Apoſtolicæ referendas curent, etiam ſi Cardinales ſint alioquin nullius momenti, & firmamenti in iudicio, vel extra ſint.

Cardinales an poſſint teſtari.

Vt Card. licitè teſtetur, neceſſarius eſt conſenſus Ro. Pon.

Formula iuris ciuilis, & Canonici in teſtamẽtis.

Huiuſmodi autem facultas teſtandi conceſſa Cardinalibus, non reſtringitur tantùm ad pios vſus, vt quidam voluerunt hac ratione ducti, quia eccleſiæ bona non niſi in pios vſus impendi queant, cum ad vſus Eccleſię, &

Digitized by Google

ad pauperes commodè ſuſtentādos inſtituta eſſe videantur; ſed ad quoslibet vſus, dummodo liciti ſint, & honeſti, non vani, vel inutiles, vel ſordidi; nam pontifex eam ſic concedere conſueuit. non enim dicit, Damus tibi facultatem teſtandi in pios vſus, ſed ſimpliciter, in quoſcunq. vſus, quos tu ipſe malueris. Cum igitur tanta ſit dignitas Cardinalium, vt diximus, Collegiū tamen ipſorum non poteſt ea præſtare, quæ ſunt Romano pontifici reſeruata, vt habetur in Clem. Ne Romani. de elect. Vnde Collegium Cardinalium non poteſt vllum creare; nec Conſtitutiones, aut leges condere, vel iura iam ante pontificis auctoritate cōfirmata abrogare, vel aliqua ex parte mutare, & leges de creando Pontifice Romano ipſi Cardinales ſeruare cogūtur; non poteſt dictum Collegium legatum extra Curiam mittere, præſertim inuitum; nec legatum à pontifice antea miſſum reuocare; nec Concilia generalia intimare, vel cōuocare, & alia ſimilia, quæ ſoli Romano pontifici reſeruantur. Verumtñ eſt, quod cauſa ſchiſmatis tollendi, & ſedandi poſſunt Cardinales Concilium generale conuocare. c. ſi quis pecunia, diſt. 79. vnde tempore magni ſchiſmatis contendentibus Gregorio XII. & Benedicto XIII. coactū eſt generale Concilium Piſis à Cardinalibus vtriuſque partis. Similiter ſi quis à duabus partibus Cardinalium eſſet in Pontificem electus, & ab Vrbe multum diſtaret, ne Eccleſia multum damnum pateretur, donec ipſe electionem ratam haberet, & ad Vrbem veniret, poſſunt Cardinales nonnulla negotia expedire, vt factum fuit tempore Gregorii Decimi, & Adriani Sexti. Inter omnes autem Cardinales Camerarius Sedis Apoſtolicę habet quamdam dignitatē vltra alios ratione iuriſdictionis, quam ipſe habet; dicitur autem Camerarius, quia recipit, & cuſtodit bona Eccleſiæ, & ideo hodie eius offi-

Quid poſſit Collegium Cardinalium

Card. Camer.

cium

cium eſt magnum, quia iuriſdictionem exercet circa omnes debitores Cameræ Apoſtolicæ, & ad officium eius pertinet bona temporalia pauperibus erogare; quòd benè obſeruauit B. Laurentius reſpondẽdo Decio tyrãno, Theſauros, quos requiris, in Cœlum manus pauperum deportauerunt. Priuilegia verò Cardinalium ab aliquibus vſque ad ducenta numerantur, Manfredus dicit eſſe vigintiſeptem, Azonius autem ea, quę ſunt inſignio. ra, & vſu recepta, reducit ad tredecim, & ſunt ſequentia. Videlicet. Primum ſi damnatus ad mortem duceretur ad patibulum, & Cardinali obuiam factus, ab eo veſte, aut pileo tegeretur, liber euaderet. Hoc priuilegium conſuetudine introductum eſt. ſic Cardinalis Albanus q. 24. ex Abbate, Baldo, & Felino, Clarus in praxi crim. l. 5. q. 98. vbi tamen dicit hoc in praxi non ſeruari. Secundum Cardinales in teſtamento condendo, militum priuilegiũ habent; non enim tenentur legibus ciuilibus, quibus in teſtamentis ſolemnis quædam formula iuris requiritur. Albanus. q. 42. ex Baldo, & Socino. Tertium à ſententia voto Cardinalium cõſenſu lata, minimè appellatur. Albanus. q. 42. ex c. Eccleſia habet ſenatum. 16. q. 1. Quartum, qui Cardinales offendunt, puniuntur tanquã læſæ maieſtatis rei, eo quòd ſunt ipſius Romani Pontificis velut partes, & membra. c. Fœlicis de pœnis. Quintũ Cardinali aſſerenti ſe Romani Pontificis legatum eſſe, extra Curiam, fides habetur, eo quòd ſine legatione Cardinales extra Curiam ire non ſolent. Cardinal. Albanus q. 42. ex Io. And. Baldo, & Abbate. Sextum Cardinali ſibi aliquid viuæ vocis oraculo demandatum eſſe creditur: ſimiliter in cauſis Cardinalis commiſſis, ac demandatis, eius dicto fides habetur. Albanus ead. q. 42. ex Baldo, & Salyceto. Septimum Cardinales Epiſcopos Romanus Pontifex fratres appellat, tanquam in mune-

De priuilegijs Cardinalium.

re,

re,& officio Epiſcopali adiutores; Diaconos verò Cardinales filios vocat non fratres,quia non ſunt Coepiſcopi:ut verò cum Epiſcopis Cardinalibus coniunctos appellat,fratres omnes compellare conſueuit, ei enim omnes aſſident,ſicut Canonici ſuo Epiſcopo. Gloſ. in c. 1. in verbo fratribus,de renunt. in ſexto,& gl. in extrauag. execrabilis,in verbo,Cum fratribns, de præbend. inter extrauagantes Ioannis 22. Cardinal. Albanus. quæſt. 5. Octauum,quamuis Romani Pontificis Vicarius in vrbe plena iuriſdictione fungatur,attamen,qui ſunt Cardinalibus ſubiecti,à ſuis Vicarijs iudicantur, & ad eos remitti debent. Card. Albán. q. 42. Nonum Cardinalibus indigentibus debet Summos Pontifex ſubuenire, caput enim ſuis membris indigentibus ſuccurrit. Cardinal. Alban. q. 42. Decimum ſoli Cardinales Legati à latere nũcupātur extra Curiam miſſi. Alban. q. 42. Vndecimum is,qui ad Cardinalis dignitatem euehitur, eo ipſo ab ab omni patria poteſtate liberatur. Gloſ. in extrauag. execrabilis,de præben. Decimum ſecundum Cardinales ſententia ſuſpenſionis, vel interdicti in deplomate Pontificio,vel Motu proprio,mandato,vel Conſtitutione generaliter promulgata,minimè afficiuntur, niſi ſpecialis eorum mentio facta ſit. Albanus. q. 42. ex Io. And. Decimumtertium Cardinales dicuntur Eccleſiæ Senatores,ac proinde illuſtres perſonæ cenſentur. Epiſcopi enim,ac cæteri clariſſimi vocantur. Albanus. q. 42. Propter hanc igitur ſummam Cardinalium dignitatem,maxima reuerentia exhibenda eſt ipſis,ſiue ſint boni, ſiue mali.

DE

De Legatis, deque eorum auctoritate, & officio.
Tractatus Duodecimus.

De nomine Legati.

DE throno, hoc eſt de Eccleſia Dei procedit oĩs poteſtas Legati. Legatus autem dicitur quicunque mittitur ab alio, ſiue à Papa, ſiue à Principe ad alios, ſiue ab aliqua Eccleſia ad Papam, ſiue ab aliqua Ciuitate, vel prouincia ad Principem; & dicitur Vicarius muneris alieni. Legati reſponſa ferunt, & legare eſt in legationẽ mittere; quamquam legare ſit etiam aliquod legatum teſtamento, ſeu codicillo relinquere, & legatum eſt quædam donatio teſtamento relicta. Prohibetur autem Legatus eſſe, qui debitor eſt Reipublicæ, non autem Fiſci. Legatorum verò tres ſunt ſpecies. quarum prima eſt, ſunt Legati à Latere. Secunda, ſunt legati miſſi. tertia, ſunt legati nati; quas omnium legatorum ſpecies declarabimus. Nam legati à latere dicuntur illi, qui de Summi Pontificis latere aſſumuntur. vel à latere dicuntur quicunq. viuæ vocis Papę oraculo delegantur, ſiue illi ſint Epiſcopi, ſiue habentes apud Papam quodcunque officium, vel quamcunq. dignitatem Eccleſiaſticam. latus autem lateris dicitur, quod eſt infra alam. hinc dicuntur Laterani Satellites, qui Principis latus ſtipant, quaſi laterones. Baſilica Romæ Lateranenſi dicitur, quę in Lateranenſi nobiliſſimæ gentis ædibus fuit extructa. Sed quamuis omnes Paulò ante nominati, Epiſcopi ſcilicet, Capellani, alijq. Papæ officiales miſſi à Domino Papa legati, poſſint dici Legati à latere, ob reuerentiam ipſius Summi Pontificis, cuius fimbriam veſtimenti tetigerunt, & ipſum adorauerunt, ob quod ſit illis proceſſionaliter occurrendum, attamen ſm̃ Curiæ Romanæ communem ritum Domini Cardinales ſolummodo appellan-

Gl. in c. 1. de off. legat.

Lagatorũ tres ſpecies.

Epi-

tur legati à latere.vt habetur 2.q.6.cap.de cætero.& c.ſi Epiſcopus licet omnis ordo,ac magiſtratus ſplendorem recipiat à Principe,magis tamen corrūſcare videtur,qui proximior eſt ei,quã qui diſtat ab illo.& ideo qui aſtant continuò Principi alijs multis præferuntur,& non tenentur ſoluere certa quædam onera perſonalia, eò quòd à præſentia Principis præ cæteris multis illuſtrantur. Cardinales aũt non ſolum lateri Papæ continuò aſſiſtunt,verumetiam pars ſunt corporis ipſius: legati igitur à latere dicuntur Cardinales quos Romanus Pontifex ex Vrbe, & Curia Romana mittit,uel ad certam prouinciam administrandam,vel ad negotia cum Regib. Principib. aut cum aliqua Republica tractanda. Qui ideo dicuntur legati à latere,quoniam quaſi è latere Pontificis,cui aſſiſtunt,mitti ſolent,vnde in Concilio Sardicenſi cap.7.dicitur,Quòd ſi is,qui rogat cauſam ſuam iterum audiri, deprecatione ſua mouerit Epiſcopum Romanum, vt è latere ſuo Presbyterum mittat,erit in poteſtate Epiſcopi quid velit,& quid æſtimet. Dicuntur etiam legati à latere,qui non ſunt Cardinales, vt ſi mitteretur ad aliquem Principem Maximum aliquis Archiepiſcopus, vt puta Rauennatenſis,vel Mediolanenſis,qui non eſſet Cardinalis,diceretur legatus à latere, ſed magis propriè loquendo, Cardinalis,vt paulò ante dictũ eſt,ſunt,dicunturque legati à latere. Legati autem miſſi,ſunt illi,quib. legationis officium eſt commiſſum,ſed non de latere Papæ aſſumuntur,& communi vocabulo dicuntur Nuncij, qui non ſunt Cardinales,ſed Antiſtites miſſi à pontifice ad Reges,uel Principes,uel aliquam Rempublicã, duabus de cauſis, vel ad negotia aliqua agenda,& expedienda,uel ut tanquam Apoſtolici iudices delegati, certas aliquas cauſas in ipſorum Principum Curijs cognoſcere, & iudicare poſſint. Legati uerò nati, ſunt quidam Antiſtites,

Qui dicantur legati à latere

Gloſ.in c.1.de off.leg.& in c. excõicatis eodem tit.

7.q.1.c.placuit

Legati miſſi dicuntur Nuncij

Legati nati.

ſtites, quibus legationis officium competit ratione dignitatis, quam habent, & ratione Eccleſiarum quibus præſunt. & dicuntur Nati, quia ſtatim, vt eccleſijs ſuis pręficiuntur, & creantur Pręſules, id muneris, & officij nanciſcuntur. Ii autem in diuerſis regionibus, & prouincijs diuerſis ſunt; nam in Anglia legatus Natus eſt Archiepiſcopus Cantuarienſis, ut in c. 1. de offic. legati. Similiter Archiepiſcopus Eboracenſis. in c. 1. de appellat. in Gallia Legatus natus eſt Archiepiſcopus Rhemenſis, ad quem pertinet Regem vngere in ſua coronatione, vt in c. per venerabilem. qui fil. ſint legit. in Aquitania ſuperiori Archiepiſcopus Bituricen. vt in c. vlt. de maior. & obed. in Aquitania inferiori Archiepiſcopus Burdegalenſis. in prouincia Vienenſi Archiepiſcopus Vienenſis. in Lugdunenſi Archiepiſcopus Lugdunenſis, de quibus in c. Nouit. de officio legati, fuit ẽt tẽporibus Bonifacij I. & Gregorij I. Eṗs Arelaten. in ſua prouincia legatus Apoſtolicus. 25. q. 11. c. in Galliarum, & 8. q. 3. c. Artaldus. Similiter in Polonia Archiepiſcopus Gneſaenſis; in Hungaria Stringonienſis, in Alemania Magdeburgẽſis in cuius loco nunc eſt Salsburgenſis; in Hiſpania eſt Toletanus; in Scotia Archiediſcopus. S. Andreæ; in Africa olim erat Carthaginẽſis, qui omnes in ſuis prouincijs erant tanquam primates, & à Romano pontifice palliũ, & poteſtatem habebãt, ut Leg. Apoſt. munere, & officio fungerentur. Cardinales legati à latere æquiparantur in Romana Republica proconſulibus legati verò miſſi pręſidibus, ſed omnes iuriſdictionem habebant, proconſules erant, qui ex Conſulib. ad Rẽpublicam adminiſtrandam aſſumebantur: prǽſides autem, qui cum prius non eſſent Conſules, mittebantur ad regimina prouinciarũ.

Quis honor debetur legatis à latere.

Cardinalibus legatis à latere is honor ferè exhibendus eſt, quem & Summo pontifici damus omnes, & de corũ

actibus

actibus minimè poſſumus dubitare, credit.n. Papa eos, qui ob ſingularem fidem,& induſtriam, explorata eorũ fide,& grauitate,ad huius officij magnitudinem adhibentur,non aliter pro ſapientia, & iure ſuæ dignitatis iudicaturos,quàm ipſe facit. Ideo legati omnes in eorum legationibus,ita prudenter ſeſe gerere debent, ut mentẽ eius,à quo ipſi mittuntur,requieſcere faciant in pace, atq.in omnibus honoretur in ſe ipſis.in quibus ẽt Sedes Apoſtolica honoratur in reuerentia,quę exhibetur illis. ſi quis autem legatos impedierit,quominus officium legationis nequeant exercere,vbi ſunt à Sede Apoſt. deſtinati,ſciat ille,ꝙ ſicut multis nocet ĩ illo caſu,ita ẽẽ à multis eſt arguendus,ac bonorũ ſocietate priuandus,qa Dei cauſam impedit,& ſtatum turbat Eccleſiæ,à cuius limitibus ob hoc debet arceri. Munus autem, & officium legati habetur in c.legatus.de off.legati,in 6. vbi ſic legitur legatos,quibus in certis prouincijs committitur legationis officium,vt ibidem euellant,& diſſipent,ædificẽt, & plantent; prouinciarum ſibi commiſſarum ad inſtar proconſulum,cæterumq. Præſidum, quibus certæ ſunt decretæ prouinciæ moderandæ, ordinarios reputantes. ſic ibi.vñ iuriſdictio Legatorũ nõ eſt delegata, ſed ordinaria. Qñ aũt legatus egreſſus eſt ab Vrbe,ſtatim anteq̃ ſuam ingrediatur prouinciam, põt vti inſignibus ꝓpriis Legatorum.ſ.equo albo, freno, & calcaribus auratis, ſicut vtitur Papa,non tñ poteſt ante ipſum Crucis ſignum erectum per vias deferre,nec poteſt exercere auctoritatem ſuam,niſi in ea prouincia ſolùm,quæ ei decreta eſt. Villadieg.tract.de Leg.q.5.nu.7.& Andr. Gambar.de off.legati lib.1.c.2. poſtquã verò ingreſſus eſt prouinciã ſuã poteſt,imo debet in ſignũ ſuæ poteſtatis erigere Crucẽ. Debent autem Legati omnes diem aduentus eorum ſignificare prouincialibus, ad quos ẽt mittere debẽt literas

Qui impedierit Legatus qua pœna puniendus.

Officiũ Legati

Legatus egreſſus ab Vrbe poteſt vti inſignibus propriis legatorum.

Legati debent ſignificare diẽ aduentus eorũ

teras, eorum comendationem continentes,ne illos ex im prouiſo improuidos penitus offendant,turbentq. ex quo ipſi debito honore,atq. reuerentia carere cogantur. Ingredientes autem in ipſam prouinciam,per conſueta loca ingredi debent,cum inobſeruantia antiquarum conſuetudinum vehementer ſoleat prouinciales perturbare. & narrat Gambar.lib. 1.de off.legati c.3.quendam Legatum Pontificium Bononiam intraſſe per inſuetam portam ciuitatis, & propterea deriſum fuiſſe a toto populo, & eum Bononienſes auerſis vultibus exceperunt, negantes eum eſſe legatum, eò quod per conſuetum locum non ingrederetur. Cum igitur Legati per ſolita, atque conſueta loca ingrediuntur prouincias,oſtendunt omnibus clarè,quomodo recta via ſit incedendum, contra verò cũ per alia loca non conſueta prouincias ingredi præſumũt,facilè oritur alicuius præſumptio mali;ingredientem enim palatium per porticum magis puniri meretur, quàm ille,qui per portam ordinariam ingreditur;& ille, qui inſolitas vias à paucis frequentatas vagari repertus eſt,præſumitur gabellam voluiſſe defraudare; & ideo talibus,cum in culpa eſſe manifeſtè videantur,caſus imputari debet. Poſtquam verò legati in prouincias ſuas per ſolita loca fuerint ingreſſi, libenter,hilariq. vultu, & æquo animo audiant ſuas laudes, & comendationes prouinciarumq. illarum concionatores, qui illos dignis ad cœlum efferant laudibus;cęrimoniaſq. antiquas, eaſdemq. conſuetas diligenter obſeruent; licet namq. prouincialibus omnibus Legatos benè merentes publicis acclamationibus honorare. & ideo non eſt mirum, ſi legato ciuitatem ingredienti it obuiam Clerus proceſſionaliter cũ omni populo, quemadmodum Domino Ieſu Chriſto Iudæi in die Palmarum obuiauerunt in manibus portantes ramos oliuarum, dicentes benedictus, qui venit in nomine

Ingredi prouinciam per conſueta loca.

Legato ciuitatẽ ingredienti it obuiam Clerus proceſſionaliter.

mine Domini. Cum autem Legati de latere ingreſſi ſunt in eorum prouincias ſolemniter vt decet. tunc Epiſcopi, Legati minores, atq. Archiepiſcopi Cruces ſuas ſtatim deponere debent. c. antiqua. de priuil. Epiſcopi enim ex vi iuramenti ad hoc tenentur, qua quidem ratione inoleuit conſuetudo, vt Epiſcopi præſentibus Cardinalibus nō portent Rocchettum ſaltem apertum. Antequã verò Legatus ſe cõferat ad hoſpitium ſibi præparatum, tenetur ire ad Eccleſiam Cathedralem, ſi ingreſſus fuerit in aliquam ciuitatem, ſi verò ingreditur in aliquod caſtrum, vel aliquam Terram, debet prius viſitare maiorem illius Eccleſiã, quam ſe ad hoſpitium conferat, dando vbique omnibus benedictionem iuxta antiquam cõſuetudinem; & ſi iuſta adeſt cauſa, ob ſui defenſionem poterit ſecum ducere milites armatos, quibus tueri, ſe valeat, quatenus opus fuerit, ab incurſibus malignorum, perditorumq. hominum, cum multos habeat hoſtes, qui multis dominatur. Poſtquam igitur ingreſſus fuerit prouinciæ ſuæ principalem ciuitatem, in qua reſidere ſolẽt omnes eiuſdem prouinciæ Legati antequam ſuam exercere incipiat iuriſdictionem, Senatoribus, primatibus illius ciuitatis litteras oſtendat ſuæ legationis, ac publicè cè illas intimet ſuis loco, & tempore opportuno; quod colligitur ex c. nobiliſſimus diſt. 97. & c. lectis. diſtin. 63. Et ſemper conſueuit ſedes Apoſtolica nunquam legationem vndecunque ſuſcipere, abſque ſignatis apicibus, cum igitur ipſa Sedes Apoſtolica non ſit ſolita recipere aliorum legatos ad eam miſſos, abſque litteris, nec alij ſuos recipere debent, vt in hoc caſu æqua ſit lex omnibus, facit enim huiuſmodi litterarum patentium publicatio, vt nullus ignorantiam prætendere poſſit.

Legatus teneẽ prius viſitare eccleſiam maiorẽ antequã vadat ad hoſpitium.

Debet benedicere populum.

Poteſt ſecũ ducere milites armatos.

Debet oſtẽdere litteras ſuæ legationis.

Legato tamen Apoſtolico propter eius nobilitatem, ob

ob quam non eſt veriſimile illum mentiri, & etiam propter familiaritatem, quam habet cum Papa, ac ob eius celſitudinem videtur eſſe credendum abſque litteris, dū ait ſe miſſum fuiſſe, ac deſtinatum Legatum ad illā prouinciam. 97. diſt. cap. nobiliſſimus. A qua poſtquam diſceſſerit duplici honore honorandus eſt, & quoniam eſt prælatus, vel Cardinalis; & quia legatione Apoſtolica eſt functus, & eò magis eſt honorandus, atque ab omnibus laudandus, quo ſe laudabiliter in legatione ſua ſe geſſit. Sed quid ſi Legatus aſſereret ſe habere in mandatis à Summo pontifice, viuę uocis oraculo, alias facultates non contentas in ſuis litteris, An ei eſſet credendū? præſertim ſi eſſent inſolitæ, & contra, vel pręter eas, quas Legati iure communi habent. Dicerem me libentius fore paratum, ut alios audiam, quid ipſi hac in re dixerint, quam vt ego ab alijs audiar, cum ſimus in his, quę tantam legati perſonam odioſam reddere poſſint, interim video omnes in eam ſententiam venire, ut dixerint, de iure cōi attendendas eſſe litteras à ſum. Pont. datas.

Legat. quæ debeat viſitare.

Quibus publicè lectis, & oſtenſis debet Legatus templa circuire, Hoſpitalia, & omnia loca pia viſitare, vt videat an ea loca reparatione egeant, vel eorum miniſtri correctione. item palatia Communitatis, aliaque loca publica, atque etiam milites, & arces viſitare ſi Legatus fuerit alicuius prouincię Sanctę Romanę Eccleſię, cuius Ciuitates, & caſtra curabit, ne ruinis conſumentur, deformentur, & ad nihilum redigantur, & Dominus ędiū cogere, illas, quatenus opus fuerit, reſtaurare.

Debet audire cauſas litigantium.

Poſtea patientem ſe exhibebit in omnibus, maximè in audiendis controuerſiis, cauſiſque diuerſis ab Aduocatis exponendis, differendiſque coram ſeipſo; prudentiſſimeque diſſimulabit locis, ac temporibus opportunis,

ne

ne contemnatur, ne vè eius ſubditi ita facilè depræhendant animum ſuum, mentemque ſuam.

Honeſtius tamen faciet, ſi ob excellentiam, celſitudinemque ſui gradus aliquem conſtituerit, qui in leuioribus cauſis eius vices iuſtè gerat, atque pro eo ius publicè dicat, ad inſtar Proconſulis, qui quidem prouinciam ſuam ingreſſus, ſtatim ſibi legatum, vicemque gerentem inſtituebat.

Habebit que præterea nonnullos peritos viros, qui diligentiſſimè merita cauſarum quarumcunque examinent, ventilent, videant, & poſtea vel referant ipſi, vel de eius expreſſo mandato ipſius nomine iuſtè determinent, & cum Dei timore iudicent, atque ſententias ferant; quid enim inani labore tàm ipſe; quàm eius populus conſumi debet, quando vltra vires proprias negotiū eſt, ſoluſq. nequeat ſuſtinere? Suum igitur Locumtenentem conſtituet aliquem doctiſſimum iuriſconſultum, quemadmodum Epiſcopus, qui ſemper habet ſuum Vicarium. Debet habere locumtenẽtem

Nec carebit ſuis Referendarijs, qui ſubditorum pauperum, orphanorum, aliorumq. omnium preces ad eius aures deferant, cum ſit penitus indignum, ineloquentes, ac viles homines, Illuſtriſſimi, ac nobiliſſimi Legati aures quotidie importunè pulſare.

Debet etiam Legatus maximopere cauere, ne prouincialium conſuetudines infringat, ne vè quemquam ſcandalizet, cum omnium pater eſſe cenſeatur.

Familiam quoque debet habere honeſtam, & ipſe eſſe circumſpectus, quoniam quales ſunt Domini, tales ſunt vt plurimum, & eius contubernales, famuli, atque domeſtici, quia ſcriptum eſt, Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris. Debet habere familiam honeſtam.

Ca-

Caueant autem in primis Legati omnes, ne familiã nutriant, quæ ſit deteſtabilis auaritiæ peccato dedita; ne uè prouinciales in nimiam familiaritatem admittãt, quoniam ex æquali conuerſatione, nimiaque familiaritate contemptus, vt plurimum, generatur.

Sit omniũ virtutũ exemplar

Sit ergo Legatus omnis virtutum quarumcunq. exemplar, quia pro Chriſto Legatione fungi debent Legati, qui quoties opus fuerit, iuſſi nec renuant, nec non iuſſi affectent, qui quod uerecundè excuſant, obſtinatius nõ recuſent, qui miſſi poſt aurum non eant, ſed Chriſtum ſequantur, qui quæſtum Legationum non æſtimẽt, nec requirant datum, ſed fructum, qui Regibus Ioannem Baptiſtam, Aegyptiis Moyſen, fornicantibus Phinees, Heliam idolatris, Heliſeum auaris, Petrum mentientibus, Paulum blaſphemantibus, Chriſtum negotiatoribus exhibeant: qui vulgus non ſpernant, ſed doceant, qui diuites non palpent, ſed terreant, pauperes non grauẽt, ſed faueant, qui minas Principum non paueant, ſed contemnant, qui non cum turba intrent, nec cum ira exeãt, qui eccleſias non ſpolient, ſed emundent, ac ædificent, qui marſupia non exhauriant, ſed corda reficiant, qui crimina corrigant, famæ prouideant propriæ, nec inuideant alienæ, qui orandi ſtudium gerant, & vſum habeant, ac de omni re orationi potius fidant, quàm induſtriæ ſuæ, vel labori; quorum ingreſſus pacificus ſit, modeſtus ſit exitus, quorum ſermo ædificatio, quorum uita iuſta, quorum præſentia grata, quorum memoria in benedictione, qui ſe amabiles præbeant, non uerbo, ſed opere: Reuerendos ſe exhibeant, actu, non faſtu, qui ſint humiles cum humilibus, & cum innocentibus innocentes, duros durè redarguant, malignantes coerceant, & reddant retributionem ſuperbis: qui

non

non de dote viduæ,& patrimonio crucifixi ſe,vel ſuos di tare velint;qui Dei ſpiritum,ad inſtar illorum ſeptuagin ta à Moyſe accepiſſe cernantur,per quem ſiue pręſentes, ſiue abſentes,quærant ſoli Deo placere,& Papæ, qui ad eum redeant fatigati quidem,ſed nō ſubſarcinati, ſimul gloriantes,non quòd curioſa, ſeu pretioſa quæq. terrarū attulerint,ſed quòd relinquerint pacem Regnis, legem barbaris,quietem monaſterijs,ordinem Eccleſijs, diſci plinam Clericis, Deo populum acceptabilem, ſectatorē bonorum operum. Hæc omnia diligenter animaduerte re debent legati omnes, cum deceat eos vitæ ſanctitate pollere,ſi fieri nolunt membra Diaboli, à quo decepti in fine cum illo damnētur,& in ignem æternum mittan tur ab eo,qui eſt iudex viuorum,& mortuorum. Legati autem de latere præualent alijs legatis,& primò ratione collationis beneficiorum;ſecundò quia abſoluunt excō municatos propter manuum iniectionem in Clericos, vndecunq.venientes,etiam extra Prouincias eorum;Le gatus vero miſſus, in Prouincia tantum, Natus autē, ne que in Prouincia,neq.extra Prouinciam. Tertiò diffe runt in confirmando exemptos, & cognoſcendo eorum cauſas.Quartò in deferendo Apoſtolica inſignia. Quin tò in procurationibus recipiendis, cum recipiant legati de latere procurationem etiam extra prouincias ſuas. Sextò quoniam Cardinali legato de latere etiam ſine litteris adhibetur fides. Septimò quia præſente Legato de latere,alterius officium conquieſcit, quoniā vbi eſt maior,minor ceſſare debet;hinc eſt, quòd ſi eodem tem pore tàm Legatus,quàm Archiepiſcopus viſitarent pro uinciæ Eccleſias,& eadem die Legatus cum Archiepi ſcopo,ſeu etiam Epiſcopo conueniret ſimul ad vnam, eandemq. Eccleſiam viſitādam,cum vnus alterius igno raret aduentum ad eam,& illa procurare non ſufficeret

Legati de latere præualent alijs legatis.

Si Legatus, & Eps eadē tpe viſitarent Eccl. quid faciēdum de iure?

Bb vtcunq.

vtcunq. prior, qui venit in hoc caſu præferri debet; ſi verò ambo vno, eodemq. tempore veniunt, legatus ob celſitudinem ſui ſtatus, maximamq. illius dignitatē debet, abſq. dubio præferri alteri, ſiue Epiſcopus, ſiue Archiepiſcopus fuerit. Ex quo quidem patet, quòd Legatus, dum prouinciam ſuam viſitat, procurationem petere poteſt à populis, & ciuitatibus ſibi ſubiectis, quæ quidem procuratio acceſſoria eſt, & annexa ipſi viſitationi, quæ ſicuti ſit pro vtilitate populorum, ſic & ipſi ſuſtentare, & alere tenentur in eo caſu ſuperiores illam facientes, atq. pro illis elaborantes. At quomodo procurari debent præcipuè legati à latere? Acquieſcere debent cibis illis, qui ſibi apponuntur, & eos pro gratiarum actione ſuſcipere: decet enim illos eſſe parcos, vt imitari videantur Apoſtolos Ieſu Chriſti, quorum ſunt ſucceſſores, aliàs quomodo, qua fronte, quo animo, quo ſpiritu eorum ſubditos, dum illos viſitant inſtruere poterunt ad ieiunia Eccleſiaſtica ſeruanda, ad aliaq. cætera bona opera prærogan da, ſi ipſi ventri æpulis delicatis pleno Dei Euangelium prædicare auderent? Tenentur ergo Legati ſeruare patrimonium, quia Crucis Chriſti inimici ſunt illi, quorū Deus venter eſt. Et presbyteri, qui in delitijs viuant, in ſemetipſis ſunt. Meminiſſe verò debent qui Reuerēdiſs. atq. Illuſtriſs. Cardinales Legatos curam habent procurandi, ac nutriendi, quòd alia cibaria ſunt danda ruſticis, agreſtiſq. hominibus, qui vt plurimum caſeo, cæpis, fabis, alijſque leguminum generibus nutriuntur, & alia procuranda ſunt vitis nobilibus, vt ſunt Illuſtriſs. Card. Qui tamen tenentur operam dare, ne Eccleſiæ procurantes pro ipſis, vltra eorum facultates grauentur. Dubitari verò poſſet, an ſi Legatus accepiſſet procurationem pro toto anno, & poſtea reuocaretur à ſua legatione, teneretur procurationem illam reſtituere? Tenetur certè, ſi ſua

calpa

Legatus poteſt petere procurationem.

lib. 6. de cēſib. c. 1.

diſt. 35, c. Eccl.

d. 4. c. denique.

Philip. c. 3.

10. q. 3. c. cum Apoſtolus. &c. nuper.

Eccleſiæ exemptæ ſoluunt legatis procurationem.

culpā reuocatur,ſin minus non tenetur. Sed debent nè Eccleſię exemptę eiuſmodi procurationem ſoluere? quis dubitat? ſunt exemptæ; Concedo,ſed non in his,quæ ad Papam,ſuoſq. legatos pertinere videntur, quia Papa nū quam concedit contra ſeipſum; & eò magis tenentur, qñ legati priuilegia habent,ut debeant ab oībus procurari non obſtante quocunque priuilegio. Papa libenter approbare ſolet geſta quæcunq. per ſuos legatos Cardinales,quia credit illos,qui ob ſingularem induſtriam,ex plorata ſæpè eorum fide,& grauitate,ad huius officij magnitudinem fuerunt prouecti,non alio modo iudicaturos eſſe ob ſapientiam,dignitatemq. ſuam, quàm ipſe fuiſſet iudicaturus. Si tamen legatum aliquando errare contigerit,Papa illum benignè tolerat, admonetq. paterno affectu,ut ſuum corrigat errorem,nec durè, ſeuerè uè arguit,dummodo error palliari poſſit abſque Sedis Apoſtolicæ nota infamiæ,& opprobrio. Secùs ſciendum eſt,quod Papa potius eligeret,ut legatus huiuſmodi cōfunderetur,quàm ipſe. Legati omnes conformare ſe debent in ſuis conceſſionibus ſtylo Sedis Apoſtolicæ, cum illorum reſcripta ſubiacere uideantur ſubreptionibus,& obreptionibus,ſicut & reſcripta ipſius Papæ, intelligeautem de ſtylo,quem ſeruat Papa,non de ſtylo,quem Cācellaria ſeruat in expeidendo ſua negotia, cuius regulis ſubijcitur legatus.

De cenſib. cap. cum inſtantia.

Papa ſolet approbare geſta legationem,

Legatus omnis de latere illa omnia poteſt, quæ non ſunt reſeruata Papæ, in ſignum ſpecialis priuilegij, quo quidem ſpeciali priuilegio multa etiam poteſt, quæ reſeruata ſunt Papæ, ex ſpeciali reſeruatione, ſed tamen ſunt ſolita concedi legatis,& ideo tranſire ſolent cū generali mandato legationis,& in illo implicitè contineri. Illa autem ſolita eſſe videntur concedi legatis, quæ bis conceſſa eſſe manifeſtum,atq probatum eſt, nō vni,

Leg. de latere pōt omnia,quę non ſunt reſeruata Papæ.

Bb 2 ſed

ſed duobus legatis cum tempore apto ad præſcriptionē faciendam. Poſſunt legati dare coadiutorem in beneficijs, in caſibus, in quibus Epiſcopi dare conſueuerunt, vt quando Eccleſiæ Rector ſenio eſt confectus, aut morbo aliquo impeditus, vt exercere nequeat curam animarū. Sed notandum eſt, quòd huiuſmodi coadiutores, qui dantur, vel ab Epiſcopis, uel legatis, ſunt temporales, eorum enim officium expirat per mortem tàm ciuilem, quàm naturalem illius, cui dati fuere. Et notandum eſt quoq; quòd huiuſmodi coadiutores alimenta debent habere de redditibus illius Eccleſiæ, cui fuerunt deſtinati tales; Rector tamen debet prius ſuam habere portionē.

Dat coadiutorem in bñficijs.

Præterea legati omnes de latere facultatem habent illegitimos diſpēſare, vt promoueri poſſint ad ſacros ordines, & vt beneficia Eccleſiaſtica obtinere ualeant; quæ quidem legitimatio eſt reſtitutio naturalium, & quoddā ſolius principis donū, quod originē habuit à ſolo iure poſitiuo.

Diſpenſat illegitimos ad ordines, & ad beneficia.

Legatus paſſim poteſt in prouincia ſibi credita cognoſcere per ſimplicem querelam de omni quæſtione ad forum Eccleſiaſticum pertinente, ommiſſo quolibet ordinario, cum pleniſſimam habeat iuriſdictionem, & maius imperium omnibus poſt principem; quod intelligas velim, quando à principio cauſa coram ipſo delatur, atq; conteſtatur, quia ſi cauſa eſſet iam inchoata coram alio iudice competenti, non poſſet ipſe eam cognoſcere propter præuentionem iuriſdictionis. Ex quo poteſt inferri, quòd legatus cauſam pēdentem coram ordinario non poteſt ad ſe, & coram ſe aduocare, niſi ille ordinarius haberet ab ipſo iuriſdictionē ſuper eandē cauſam.

Cognoſcit ad omni q̃ōne ad forum Eccleſiaſticum.

Si Epiſcopus temporalē habeat in loco iuriſdictionem, Legatus non poteſt in eiuſmodi temporali iuriſdictione ſe intromittere, quia in gñalitate iuriſdictionis data legato, non ueniunt iſta, quæ iure ſpeciali competunt Epi-

Non pōt in iuriſdictione tēporali Eporum ſe intromittere

Epiſcopo, quoniam de iſtis non videtur Papa cogitaſſe, cum ſint facti, & in facto conſiſtãt, & veriſimiliter ignorentur à Papa.

Legatus in terris Eccleſiæ poteſt & per viã ſimplicis querelæ contra laicos procedere, ſed non in alijs terris & Regno vacante, vel Imperio. Nec etiam intromittere ſe poteſt in cauſa commiſſa per Papam. Delegato, etiam ſi delegatus ipſe nullam habeat ſcientiam, cũ .n. delegato ipſi committitur, excepta eſſe videtur à legati iuriſdictione. Si contra Epiſcopum agitur de crimine, quod nõ inducat depoſitionem ipſius Epi, legatus nedum põt cognoſcere cauſam illã, verumẽt definire: ſi verò ſit crimen, quod pœnam depoſitionis exigat, tunc cognoſcere poterit de cauſa, non tamen illam definire. Legatus omnis de latere poteſt ex ſuæ legationis officio intra terminos ſuæ legationis beneficia conferre, quæ non ſint Eccleſiæ Cathedrales, aut regulares, aut Collegiatæ inſignes. ſeu principales dignitates poſt Pontificales in Cathedralibus, dummodo illæ non ſint electiuæ. Fallit verò huiuſmodi legati poteſtas beneficia cõferendi in his, quæ ſunt de iure patronatus laicorum, illa .n. cõferre minimè poteſt, cum ad eos ſpectat ex fundatione illud ius patronatus; ſecus autem dicendum eſt, ſi ex titulo, quia tunc ceſſat prohibitionis cauſa.

Legatus præterea de latere poteſt Concilium prouinciale, & ſynodale congregare in ſua prouincia, & Epiſcopos ipſius ad illa conuocare, & hoc de iure ſuæ legationis. In qua poteſt etiam diſpenſare cum his, qui ordines ſacros, vel prelaturam, aliquam ſimoniacè receperunt, quando ignoranter id fecerint, aliàs non; in cæteris poteſt ex cauſa, nam vtilitas, atque neceſſitas Eccleſiæ, & legato, & Epiſcopo omnia permittit. Legatus non poteſt committere cauſas ſummariè, ſimpliciterq. vidẽdas, quia

poteſt contra laicos pcedere

Non põt ſe intromittere in cauſa alicui p Papã delegata

Põt agere contra Epiſcopum

Confert beneficia.

li.6. de off. leg. c. deliberatiõe. c. dilectus.

De iurepatr c. cum dilectus.

Conuoc. concilium prouinc.

De ſimon. c. nobis. & c. qm. eod. tit.

quia ex proceſſu ius parti acquiritur,quod per legatũ minimè poteſt auferri; non enim eſt in poteſtate iudicis peruertere ordinem iudiciarium,niſi aliqua adſit iuſta,ac rationabilis cauſa. Legatus poteſt antequam ingrediatur Prouinciam committere cauſam,non autem poteſt iudicem compellere,vt eam decidendam, iudicandam, quæ ſuſcipiat. Legatus duarum Prouinciarũ non poteſt committere cauſas vnius Prouinciæ ad iudices alterius,vt ab eis cognoſcantur,cum nullus poſſit trahi extra prouinciam ſuam niſi à Papa,per quodcunq.exiguum ſpatium . Legatus non cognoſcit de cauſis commiſſis alijs legatis anteceſſoribus ſuis,quia legatus ſucceſſorem non habet,vbi.ſ.locus legationis non eſt certus;vbi autẽ legati eſſe ſolent,vt Bononiæ, Ferrariæ,Romandiolæ;tunc cauſæ vni commiſſæ,tranſeunt in alium ſequentem , quaſi illius ſucceſſorem . A legato ſimplici datur appellatio ad legatum de Latere , tanquam à minori,& inferiori ad maiorem,& ſuperiorem. Non tamẽ vnquam ſe intromittit in appellatione interpoſita ad Papam,niſi partibus conſentiẽtib.nec cognoſcit de cauſa , quam ſemel ad Pontificem retulit , cum eius cauſæ cognitio ad eum tunc non ſpectet,niſi iterum partes in eũ conſentiant. Sententia quæcunq.legati Nati appellatur ad Legatum de latere,cum eo ſit maior.Si verò ambæ partes appellant.vna ad legatum,altera ad Archiepiſcopum,vel ad Papam, quis eorum iudicare debet illã cauſam?Papa ſi fuerit appellatum ad illum , ſin minus legatus ipſe,& Archiepiſcopus erit penitus eo caſu excluſus. Si autem quis dixerit,appello ad Papam , vel ad eius legatum,tunc Papa erit iudex in illa cauſa . Mihi tamen videtur dicendum,illum,qui ſic appellauit.poſſe introducere cauſam,vel coram Papa,vel coram legato; ſed tenetur,intra terminum decem dierum declarare vo-

A Legato ſimplici datur appellatio ad Legatum de lat.

lunta-

luntatem ſuam in eo caſu,an.ſ.pro iudice velit Papam, vel eius legatum,aliàs tranſibit eius cauſa in rem iudicatam,& hoc niſi habuerit cauſam probabilem dubitandi; aliàs appellatio non tenet,quia iudex eſt penitus incertus. Quando Epiſcopus eſt loci legatus,fertq. ſententiã vt Epiſcopus,non eſt appellandum ad ipſum vt legatũ, quia tunc eſſet iudex in proprio facto. Legatus vt ſuſpectus recuſari poteſt,cum non eſt admittenda huiuſmodi recuſatio,quoniam de iure ciuili ſaltem non recuſantur ordinarij.& ſi adſit aliqua ſuſpitio eligatur vel Epiſcopus,vel Archiepiſcopus,qui vnà cum eo cauſam videat, ac iudicet,prout de iure ſibi videbitur. Legatus omnis agere poteſt in omnes,qui eius perturbant iuriſdictionẽ, impediuntuè quocunq.modo,iſti enim excommunicantur,ac interdicuntur,cum legati ſint inuiolabiles de iure gentium.

Legat.ſuſpect. recuſari poteſt 40.diſt.

Modus ſignandi,quo vtuntur legati eſt,in his,quę sũt gratię,Conceſſum;in his verò,quæ ſunt iuſtitiæ, videat N. Illud autem hoc in loco eſt animaduertendum,quod quandocunq.plura petuntur,& vnum tantum exprimitur in ſignatura,illud tantummodo videtur eſſe conceſſa.Fallit autem quando legationis ſtylus alio loquendi modo vteretur in vtraq.ſignatura,iuſtitiæ .ſ.& gratię. Legati in Concilijs prouincialibus,& etiam extra faciũt ſtatuta,quæ poſtea in perpetuum durant, etiam eorum finita legatione,cum de natura omnium ſtatutorum ſit, quod perpetua exiſtant,omnes.n iuriſdictionem habentes,in his ſtatuta facere poſſunt, quę ad eorum iuriſdictionem pertinent.Notãdum eſt autem de ſtatutis,quod ex illis aliqua non ſunt perpetua,ea.ſ.quę fiunt ad tempus,& ea,quę facta ſunt abſq.cognitione cauſę pro arbitrio legati,non nunquam.n.ſubditis imponuntur onera, quę cum inſupportabilia ſint,& ſine legitima, & rationabili

Modus legati in ſignatura.

Legati faciunt ſtatuta pͤpetua

nabili cauſa promulgata, finita legatione non ſeruãtur, quoniam lex debet ſemper eſſe æqua honeſta, iuſta, & rationabilis, & magna cum maturitate promulgata, & antequam condatur, atq. publicetur, debent prius vocari illi, quorum intereſt; quia lex iniuſtè facta, & promulgata, non videtur ſubditos ligare; & ideo auderem aſſerere, non ſeruantes edita, ac ſtatuta legatorum in prouincia facta, & publicata abſq. conſenſu prouinciæ, & eorũ omnium, quorum intereſſe videtur, in foro conſcientiæ non obligari.

dif. 4. c. erit aũt

dif. 18. cap. qm quidem.

Poſſunt facere leges circa mores reformandos.

DD. in c. quod ſuper his. de maior. & obed.

DD. in c. 2. de conſtit.

Poſſunt legati facere leges circa mores reformãdos, exceſſuſq. corrigendos, ad hoc. n. pręcipuè mittuntur legati, vt malos mores euellant, perditoſq. homines diſperdant, bonos mores, conſuetudinesq. optimas, & virtutes plantent, & deſtructa rędificent: nunquam verò ſtatuere debent contra ius, quia non poſſunt; poſſunt tamẽ iure cõi addere pœnas, vt magis timeatur, ac obſeruetur: ſicut etiam poſſunt contra Canones ſtatuere, quotieſcũque magna ſubeſſet neceſſitas, ab ipſo Canone non pręuiſa. Poſſunt inſuper ſtatuere in pręiudicium ſubditorũ, quando ſubeſt rationabilis cauſa, dummodo eos citent.

Abſoluunt ab excõicatione.

De ſent. excõ. c. ad cm̃ nent.

De ſent. excõ. c. pro illorum.

Qñ dicatur enormis læſio.

Legati de latere abſoluere poſſunt, vt etiam ſupradictũ eſt ab excommunicatione, quę incurritur ob violentam manuum iniectionem, & in alijs quoq. caſibus Sedi Apoſtolicę reſeruatis. quę quidem facultas ampliatur, vt procedat etiam ſi iniuria fuerit atrox, vt putà, quia fuit occiſor Clerici; & poſſunt abſoluere etiam non ſubditos ſuos, & extra prouinciam. Legati verò Miſſi abſoluunt tantum in prouincia, & ſuos ſubditos. Nati autem nullo modo. dicitur verò enormis lęſio, uel atrox iniuria, quãdo interuenit ſanguinis effuſio, & quando fit in loco publico, & etiam cum uel Abbas, uel Epiſcopus lęditur. Fallit autem primò quãdo quis eſset excommunicatus

ob

ob caſum aliquem arduum, qui communiter concedi non ſolet legato. Fallit ſecundo quando excommunicatio eſſet penitus reſeruata ſoli Pontifici Maximo. Fallit tertiò quando quis eſſet à delegato Papę excõicatus,q̃a eo mortuo is debet abſolui à Papa. Fallit quartò ſi Papa reſeruaret ſibi abſolutionem excommunicati. Fallit quintò quando quis excommuuicatur viua voce à Summo Pontifice. Legatus de latere diſpenſat cum eo, qui excommunicatus recipit beneficium, quod quidem intelligas velim quò ad beneficij retentionem, non autem quò ad irregularitatem contractam, quam ſolus Papa poteſt abſoluere. Sed quid dicendum eſt, ſi legatus abſoluit aliquem, quem lex prohibet abſolui, niſi priùs ſatisfaciat? Nulli dubium eſt, quòd non benè facit, valet nihilominus abſolutio ob regulam generalem, qua illi conceditur facultas abſoluendi in caſibus ſpecialiter nõ reſeruatis Papæ, nam cum non ſit defectus poteſtatis, ſed ſolummodo inobſeruantia eorum, quæ ſunt de iuſtitia partis, valebit abſolutio. *De ſent.c.nuy.*

Legati omnes de latere concedere poſſunt Indulgentias, cum hoc magis ſit actus iuriſdictionis, quã ordinis, & quamuis nullus excepto Romano Pontifice poſſit cõcedere indulgentias niſi 40. dierum (quia hic numerus fuit taxatus in Concilio, vt habetur c. cum ex eo. de pœniten. & remiſſ. & c. vlt. eod. titu. in 6. vbi præcipitur. ne alius quam Papa conferat indulgentias plurium dierũ, quam 40. attamen quicquid ſit de iure, conſuetudine receptum eſt, vt Cardinales concedere poſſint indulgentias centum dierum, vt ait Gambarus de officio Legati libro octauo, omnis igitur Legatus ſiue fuerit Cardinalis Epiſcopus, ſiue presbyter, ſiue Diaconus poteſt huiuſmodi Indulgentias centum dierum concedere, quia vt diximus, hoc magis eſt actus iuriſdictionis, quã *Legati de lat. concedunt Indulgentias.*

Digitized by Google

gna neceſſitas, vel maxima vtilitas. Legati poteſtas non expirat per mortem Papæ, quia non eſt legatus Papæ ſimpliciter, ſed etiam Sedis Apoſtolicæ, quę nunquam moritur. Legatus quando eſt deputatus ad aliquod negotium peragendum, eo negotio expedito, atq. penitus completo, legatio videtur expirare. Finitur etiam legatio per reuocationem; geſta tamen per legatum, antequam ſciat ſe eſſe reuocatum, valent, licet.n. legati ipſius reuocatum ſit officium, nihilominus, quia legatus hoc penitus ignorat, & bona fide exercet ſuæ legationis officium, quia putat ſe non eſſe reuocatum, ideo cauſas prouincialium, qui ad illum bona fide recurrunt, iudicat, & eius acta debent valere, niſi ſit appoſita clauſula decreti irritantis, quæ afficit etiam ignorantes; illud.n. decretum habet uim ſententiæ, & ligat ignorantes, quemadmodum, & ſententia ipſa; per illã.n. appoſitionem decreti Papa oſtendit mandatum ſuum ſtatim ligare. Finitur prætèrea legati poteſtas, ſi prouinciam egreditur nõ amplius reuerſurus, finitur, inquam, quò ad ſe, ſed in cauſis cæptis non finitur iuriſdictio quò ad alios, quibus cauſas prius ipſe delegauit: cauſæ verò dicuntur cæptæ per ſolum citationis edictum. Cauſas autem, quas legatus inchoauit vel per ſe, vel per auditorem ſuæ Curiæ, perficere non poterit poſtquam modo prædicto eſt reuocatus, cum deſinat eſſe legatus. Si verò prouinciam egreditur, ſtatim, vel poſt paucos dies reuerſurus, non deſinit eſſe legatus, nec eius finita dicitur iuriſdictio, non enim egreſſus videtur, qui ſtatim eſt reuerſurus. Sed ſi uocatus ſit à Papa, non debet amplius in prouinciã eandem ſe conferre abſq. mandato expreſſo Pontificis. Mortuo etiam ipſo Pontifice Maximo, & alio creato, legatus, qui è prouincia eſt egreſſus, audita ipſius Pontificis morte, ſi redierit in prouinciam, ibiq. legationis officiũ exer-

Eius poteſtas non expirat per mortem Papæ.

Quando finitur legatio.

habentur,quia ab iniuria hominum ſunt defenſi,atque muniti; & ideo perſequentes aliquem Legatum in triginta ſeptem pœnas incurrunt, ut colligitur ex c. Felicis de pœnis in 6.& clem.ſi ſuadente.eod.tit. Secũdum priuilegium; quando Cardinales ſunt Legati,poſſunt conferre beneficia,etiam ad Papam deuoluta. Gloſ.in dicta extrauag.Execrabilis. Tertiũ Legati poſſunt abſoluere excommunicatos, quia iniecerint manus violẽtas in clericos.in c.Ade minentiam de ſent.excommun. Ouartum Legati Vrbem egreſſi poſſunt vti inſigniis Apoſtolicæ dignitatis,ſcilicet,equo albo,veſtibus rubris, fræno,& calcaribus aureatis.Hoſtien. in c.Antiqua. de priuil. Quintum,Legati poſſunt dici Patritij. Gloſ.in præd.extrauag.Execrabilis. Sextum Legati Cardinales cenſentur pars corporis Papæ more Senatorũ. Gloſ. loco citato. Septimum, Cum primùm creatus eſt Legatus,eſt ſolutus omni vinculo patriæ poteſtatis. Gloſ. in eodem loco.Octauum,Cardinali aſſerenti ſe eſſe Legatum Apoſtolicæ Sedis,creditur abſq; litteris. Nonum, Legato Cardinali creditur abſque actis in his, quæ coram eo facta ſunt. Decimum,Legati durante eorum Legatione non poſſunt conueniri ratione contractus ante legationem facti;nec poſſunt capi pro repreſaliis nec in loco,ad quem deſtinantur,nec etiam per loca, quæ itinerando pertranſeunt; nec reali actione conueniuntur, dummodo rem non incæperint poſſidere,dum legatione funguntur. Multa alia priuilegia etiam colligi poſſunt ex his,quæ ſuperius diximus.Quæ tamen nunc tẽporis parum ſunt in vſu quò ad facultates quæ eis à iure communi conceduntur.

De

De Patriarchis, deque eorũm præſtantia, officio, & dignitate. Tractatus Tertius decimus.

lib.1.de off.

QVoniam omnis, quæ de aliqua re ſuſcipitur inſtitutio, debet, inquit Cicero, à definitione proficiſci, vt intelligatˋ id, de quo eſt diſputatio, idcirco prius determinare, & declarare debemus quid ſignificet hic terminus PATRIARCHA, quàm vlterius progrediamur. Patriarcha igitur eſt nomen græcum, & dicitur patrum princeps, & Pontificum primus; qui nihilominus eſt ſubiectus Romano Pontifici, qui tàm Epiſcoporum omnium, quàm Archiepiſcoporum, Patriarcharũq. eſt Dominus, Pater vniuerſalis, & Princeps. Poſſunt tamen Patriarchæ primæ ſedis prouinciarum ſuarum, Epiſcopi nuncupari, poſſunt & primates appellari. Nã licet primas, & Patriarcha diuerſorum ſint nominum, eiuſdẽ tamen qnandoq. ſunt officij, ſi eiuſmodi nomina largè conſideremus, ſecus verò ſi ſtrictè ac propriè accipiamus. Sed quot nam ſunt huiuſmodi Patriarchæ? quatuor tantummodo, qui certè ſunt maioris dignitatis, & iuriſdictionis, quàm alij omnes Primates. Illud verò animaduertendum eſt, quòd primas, & patriarcha idem ſunt re, licet nomina ſint diuerſa; nec eſt inter eos realis, ſed tantummodo vocalis differentia. Principales ergo, ac præcipui Parriarchæ ſunt hi quatuor, videlicet Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus, alij verò omnes appellantur propriè primates, qui quidem impropriè nonnunquam nuncupari ſolent patriarchę; nulli tñ Archiepiſcopi vocari poſſunt primates, niſi illi, qui primas ſedes tenẽt. Supradicti igitur quatuor patriarchæ principales, ob ampliorem, quam habent dignitatem, ac iuriſdictionem poſſunt, & ſuperilluſtres appellari,

De nomine Patriarchæ.

Diſt.99. c. primæ ſedis.

Quot ſint Patriarchæ.

Primas, & Patriarcha idem ſunt.

pellari.qui Antiſtites à ſacris canonibus nuncupari qñq. ſolent; quod quidem nomen eſt etiam maximè commune Epiſcopis, cæteriſq. ſuperioribus, cum Antiſtes dicatur quaſi anteſtans. Retinent quãdoq. prædicti quatuor Patriarchæ prima Epiſcoporum, vel etiam Archiepiſcoporum nomina. Et ideo Conſtantinopolitanus nonnunquam Maximus Epiſcopus appellatur, vt diſt. 19. c. fin. aliquando autem primæ Iuſtinianæ Vrbis Epiſcopus dicitur, vt 16. q. 1. c. frater noſter; immo Romanorum Papa nuncupatur, vt 24. q. 2. c. ſanè fortè, quia Vrbs Conſtantinopolitana aliàs noua Roma appellata fuit, ob qđ ipſi græci Romani ſunt appellati. Sed poſtquam ammiſerunt imperium, non amplius Romani, at Romæ ludibrium fuerunt nuncupati. Præterea ſupradictæ quatuor ſedes Patriarchales interdũ ſedes Apoſtolicę dictæ ſunt, vt 1 q. 7. c. conuenientibus. Sed quid? nonne etiam, & in veteri teſtamento fuerũt Patriarchæ. ſ. Abraham, Iſaac, Iacob, Moyſes, Aaron, aliiq. multi patriarchæ, primates, ſacerdotes, põtifices, atq. leuitæ fuerunt? nonne & Chřs, dũ mortalis erat, ſummus Sacerdos, & patriarcha fuit? nonne, & ipſe Apoſtolos, diſcipuloſq. ſuos, Ep̃s, Archiepiſcopos, primates, & patriarchas, & ſimplices quoque ſacerdotes deſtinauit in tota Eccleſiaſtica Hierarchia? quorum quidem omnium nonnè conſtituit D. Petrum caput ſuperiorem, principem, vniuerſalemq. paſtorem, & ducem, vt aliàs declarauimus? qui cum per annos quinque ſedem ſuam in Hieroſolyma ciuitate tenuiſſet, volenſq ex eadem Vrbe illam transferre in Antiochiam, vbi primò fideles chriſtiani ſunt appellati, cum antea diſcipuli, & fratres vocarentur, vna cum altero Iacobo, & Ioanne eiuſdem Hieroſolymitanæ vrbis Iacobum fratrẽ Domini ſecundum carnem. i. conſobrinum, cognominatum iuſtum, patriarcham primũ ordinauit; ex cuius quidem

diſt. 96. c. duo. 6. q. 1. c. in appibus. 9. q. 3. cap. cuncta. ext. de pruil c. antiqua diſt. 93. c. 1.

Origo ordinandi Ep̃os a trib. Epiſcopis.

dem

vt omnibus pateat chriſtianis, quanta te charitate dili-gamus, ob amorem B. Marci Euangeliſtæ, Paſtoris no-ſtri glorioſiſſimi Petri Apoſtolorum Principis diſcipuli, qui noſtræ præſedit Cathedrę, renouamus vobis per prę-ſens priuilegium illud antiquũ ſanctiſs. Hermagorę B. Marci Euang. ſucceſſori à beatiſs. Petro contraditum, ve rũ peccatis noſtris promerentib. a paganorũ ſæuitia con crematũ. Volumus, ſ. & Apoſt. auctoritate iubemus, vt in ter oẽs Italiæ eccleſiarũ Dei ſedes, prima poſt Romanã Aquileienſis, cui auctore Deo præs, habeatur, &c. Dat. in ſacratiſs. æde Petri Apoſtoli. Idib. Decẽb. anno Põt. Leonis I. Imperatore Othone anno 2. Ante aduentũ Lõ-gobardorũ in Italiã, q accidit anno ſalutis 566. Aquile-ienſis Archieps vocabaẽ more Græcorũ, & Orientalium Patriarcha, vt 9. q. 3. c. nũc verò. irruentibus aũt Longo-bardis, primo aduentu Alboinus eorum Rex Aquileiã cæpit. Paulinus, vt ſcribit Sigonius lib. 1. de Regno Ita-liæ, qui tunc erat Aquileienſis patriarcha, metu perter-ritus, vt ſibi, Eccleſiæq. ſuæ conſuleret, Aquileia relicta, & omni Eccleſiæ theſauro accepto, in inſulam Gradum, vt ab hoſtium aditu liberam ſe recepit. Poſtea vero anno Dñi 580. teſte eodem Sigonio lib. citato, Helias Patriar-cha Aquileienſis cum Gradum prædeceſſorum ſuorum exemplo incoleret, decretum à Pelagio ſecũdo impetra-uit, vt ipſius Eccleſiæ ſedes ex Vrbe Aquileia Gradum transferretur, & Epiſcopis ſuis in ædem S. Euphemię ad conuentum vocatis, Pontificium Decretum recitauit, & ex eorum ſententia, relicta immanitati Longobardorũ Aquileia, ſedes patriarchæ in inſula Grado, vt ſecuriore loco ſtatueretur, poſita eſt, & ex eo tempore Gradenſis Eccleſia Venetæ oræ, Iſtriæq. Eccleſiarum caput, & ma-ter appellata eſt, & Gradenſis Epiſcopus cæpit vocari Pa triarcha, vt vocatur ab Vrbano II. in c. erubeſcãt diſt. 32.

Patriarchatus Aquileien. fuit translatus Gradum.

in ſupraſcriptione.& in c.ex litteris. de off.Iud. delegat. Innocentius III.ter,aut quater vocat Patriarcham Gradenſem.tandem hic patriarchatus translatus eſt Venetias tempore Nicolai V.Summi pontificis, nam Bernardus Iuſtinianus patritius Venetus nepos B.Laurentij Iuſtiniani,& ſcriptor vitæ illius, vt habetur apud Surium tom.1.fol.58.c.8.inquit, Cum autem Eugenius Vrbe pulſus Bononiam veniſſet efflagitatus ab eo (dictus B. Laurentius refragari non potuit,quod amplius neq. alpes,neq.itineris longitudinem)ſicut antea fecerat cauſari poſſet. Exceptus eſt à Summo Pontifice præſentibus Cardinalibus his verbis,Salue decus, & gloria Præſulũ, ab vniuerſa autem curia maxima veneratione habitus. Voluit eum Eugenius apud ſe retinere,ſed imbecillitatẽ corporis excuſans,paucos ibi moratus dies, rediit inde lætior,quàm ierat,reliquit ibi maximum odorem ſanctitatis.Pari amore,ſeu maiore etiam Nicolaus V. Põt. M. eum dilexit,vt illo ornando certauerit cum Eugenio.nã ſicut ille Epm,cum primum potuit,fecit,ita hic Patriarcham,cum primùm oblata occaſio eſt,creauit.Gradenſi ſiquidem Patriarcha mortuo,Patriarchatnm à Grado, nobili quondam Vrbe,tranſtulit Venetias,idq. nec cognita,nec poſtulata.Senatus noſtri volũtate, quippequi non minus hominem,quàm ciuitatem eo facto exornare cuperet. Allata res haud ſatis placuit Senatui verenti, ne ſpiritualis,& Eccleſiaſtica Dignitas aucta opib.& auctoritate, veteres.quas cum ſuperioribus Epis diſcordias habuerant,reuocaret: Beatiſſimi tamen patris manſuetudo diremit facilè dubitationem. Adijt.n. continuè Ducem,& Collegium:&ſe ſe dixit abhinc duo de 20. annos inuitum Epm factum,& à quiete ſua in has turbines ſæculares iniectum,deſiderare nunc quietem,& minui magis pondus præſulatus,quàm augeri,ſibi eſſe in animo,

Et tandem Venetiis tempore Nicolai V.

hoc

hoc oneris quibuſcunq. modis deprecari, niſi ipſe Dux, ad quem ciuitatis ſuæ dignitas pertineret, fortè ſentiret illud, pro cuius honore, qm̃ ita de ſe merita ciuitas eſſet nullum laborem recuſare deberet. Excitauit omnium lachrymas ſanctiſs. patris mixta charitati humilitas. Dux, qui rem hanc ægerrimè ante tulerat, & ab Eugenio tentatam impugnauerat, ſtatim ex ſua, totiuſq. Collegii ſententia enixè eum rogare cępit, vt libenti animo id muneris ſuſciperet. ſic quod inuidioſum fuerat in Dignitate, ex manſuetudinis S. Viri moribus gratiſſimum factum eſt. Quamuis verò plures ſint Patriarchę, vt diximus, attamen illi quatuor, nempè Cõſtantinopolitanus, Alexãdrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus, dicuntur primarii, principales, & maiores, & ideo in Vrbe Roma ſunt tantùm quinq. Eccleſię patriarchales, ut habetur ex Ioanne Monacho Cardinali in c. fundamenta. de elect. in 6. ubi leguntur hi uerſus. In Vrbe Roma ſunt quinque Eccleſ. Patriarchales.

Paulus, Virgo, Petrus, Laurentius, atq. Ioannes,
Hi Patriarchatus nomen in Vrbe tenent.

Sedes igitur, & eccleſiæ patriarchales in Vrbe ſunt, Lateranenſis, S. Petti in Vaticano, S. Pauli in via Oſtienſi, S. Mariæ Maioris, & S. Laurentij extra muros. ex quibus quidem Eccleſijs Patriarchalibus, illa D. Petri eſt, & dicitur caput, & mater cæterarum Eccleſiarum totius militantis eccleſiæ, vt 3. q. 6. c. dudum. Nam ſicut B. Petrus Apoſtolus fuit primus omnium Apoſtolorum, vt alibi à nobis ſatis probatum fuit, ita & eccleſia ſuo nomini dicata, Domino inſtituente, prima ſit neceſſe eſt, & caput omnium aliarum. verum eſt tamen, quòd multi Doctores opinantur eccleſiam Lateranenſem, quæ nomine Saluatoris intitulatur, eſſe alijs maiorem, & appellari Romanam Eccleſiam, in qua ſit prima ſedes Apoſtolici Patriarchatus, eò quòd Conſtantinus Imperator ille ma-

gnus, in Palatio ſuo Lateranenſi eccleſiam illam ædificauerit in honorem S.Saluatoris, quam quidem eccleſiam cenſuit eſſe in toto orbe terrarum matrem eccleſiarum. ideo Archidiaconus lib.6. de præſcript. c. ſi qui. inquit, quòd Eccleſia Lateranēſis, quę eſt Patriarchalis, appellatur Romana Eccleſia, & quòd ibi Papa, ſiue Sũmus Patriarcha frequenter reſidet. Sed fortè dicet aliquis, cum in Vrbe Roma ſint illæ, quinq. quas enumerauimus patriarchales Eccleſiæ, & vna ſit ſatis, quæ eſt B. Petri, & eius ſucceſſorum, ad quid aliæ quatuor? Onuphrius Panuinus putat has ſedes dici Patriarchales, eò quòd ſint inſtitutæ, quaſi palatia quinque patriarcharũ, vt quotieſcunq. Generalia Concilia in Vrbe celebrare contigiſſet, quibus intereſſe ipſi Patriarchæ iure coguntur; vel Patriarchas ipſos pro ordines Reipublicæ chriſtianæ negotijs, vel quæſtionibus definiendis ad Vrbẽ accedere, eorum quiſque ſedem, hoc eſt palatium, & eccleſiam tanquam in natali ſolo, vel prouincia ſua Romæ haberet præcipuam, cum Vrbs ipſa communis omnium patria appelletur.

Deinde vt hoc numero quinque patriarchalium Eccleſiarum ſignificaretur quinq. Patriarcharum auctoritate, & poteſtate omnes mundi eccleſias gubernari, vt in ipſa Vrbe vniuerſus terrarum orbis repræſentaretur. Præterea ſignificatur, vt ſicut quatuor ſunt præcipuæ mundi partes, & quatuor venti principales; & quatuor in cœlo puncta potiſſima, Ortus, Occidens, Meridies, & Septentrio, ſic Romana Eccleſia quatuor præcipuis mũdi Eccleſiis præſidet. vnde vna Sedes Patriarchæ Romano deſtinatur, cęteræ verò quatuor Patriarchis. Azorius autem arbitratur quinq. Vrbis Baſilicas dici patriarchales, quia in Vrbe ſunt cæteris Baſilicis, & Eccleſiis maiores, antiquiores, præſtantiores, & digniores; hę etenim

nim

nim quinque ſemper reliquis auctoritate, & dignitate præſtiterunt, ſicut Patriarchæ dicuntur Archiepiſcopis cæteris digniores. Vel dicamus, vt per hoc demonſtraretur ſummum Patriarcham, qui eſt Pontifex Romanus tamquam caput, & principem totius Vrbis, & Orbis quatuor alios patriarchas maiores ſibi habere ſubditos, ſeque eccleſiarum omnium in vna Romana Eccleſia typum gerere, alijs oĩbus ſedibus minorib. præeſſe, vt ipſius Eccleſiæ vniuerſalis vnitas oſtenderetur, cum in articulis fidei catholicæ vna dicatur, & ſic Eccleſia catholica Chriſti ſponſa, extra quam nemo ſalutem conſeq. poteſt ſempiternam. Hæc vna conſtituit omnes Patriarchas, Metropolitanos, Primates, Cathedras epiſcopatuum, eccleſiaſticasque cuiuſcunque ordinis dignitates illam autem ſolus fundauit, qui B. Petro, eiuſque ſucceſſoribus æternæ vitæ, æterni ſimul, & cęleſtis Imperij iura comiſit. non quælibet igitur terrena poteſtas, ſed verbum illud, per quod facta ſunt vniuerſa, Romanã fundauit Eccleſiam, quæ proculdubio eius fungitur priuilegio, cuius auctoritate fulcitur, ac ſucceſſionem continuã habet, vti videmus. cuius quidem caput, rector, & princeps eſt Romanus pontifex, qui à Dominis Cardinalib. vt alibi dictum eſt, eligitur. De aliis verò quatuor principalibus Patriarchis regulariter dici poteſt, quòd ſicut Epiſcopi, & Archiepiſcopi, cæteriq. Primates à ſuis Capitulis, & Epiſcopis iam eligebantur, quia quælibet Cõgregatio ſibi de iure communi debet eligere Prælatum ſuum, niſi priuilegium, vel aliqua legitima conſuetudo ſit in contrarium, & qui alio modo, aliter vè occupat eccleſiam aliquam, extra eam eſt repellendus, tamquam non legitimè, nec canonicè electus. Quoniam autem hac tempeſtate (proh dolor) quatuor illæ principales Eccleſiæ patriarchales ſunt in poteſtate infideliũ, nec ſine maximo

ex. de elect. c. 1

Ro. pont. diſponit de quatuor eccleſiis patriarchalibus.

Extrauag. Io. 22 ex debito.

Bened. 12. ad regimen.

De off. ord. cap. duo ſimul.

De cler. ægrot. c. 1. lib. 6.

maximo totius chriſtianæ Reipublicæ dedecore, earum dignitates non ſolùm canonicorum ſuorum Collegiis, ſed clero quoq. ac populo Chriſtiano, atq. propria ſede carent, ideo ſolus Romanus pontifex de ipsis, sicut & de multis aliis cathedralibus Eccleſiis totius chriſtiani orbis canonicè diſponit vigore ſpecialium quarundam reſeruationum, quas certo quodam tempore Romani põtifices fecere. vnde omnis prouiſio Epiſcopatuum, & Epiſcoporum nunc immediatè, ſpectat ad Romanum pontificem, niſi fortè ex particulari, ſpecialiq. priuilegio, vel rationabili conſuetudine electio alicuius loci particularis concedatur inferioribus. Et certè quo ad illas quatuor Eccleſias patriarchales, de quibus præcipuè nunc agitur, dico quod per Bonifacium VIII. de fratrum ſuorum consilio, & de plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ fuit prouiſum, atq. determinatum, quòd quamdiù ciuitates ſedium Patriarchalium illarum Eccleſiarum ſub ditione infidelium, vel aliorum similium, vt putà ſchiſmaticorum, Canonici earum ad electionem, poſtulationem, ſeu aliam eiuſmodi prouiſionem de prçficiendo ſibi Patriarcha, nullo modo procedere præſumant. niſi id prius ad notitiam ſedis Apoſtolicæ aliquo modo prorſus perueniat, cum decreto irritante. cuius quidem edicti, atq. conſtitutionis Apoſtolicę cauſa fuit quidam Canonicus Conſtantinopolitanus, qui iam mortuo Petro Patriarcha, cum in Bizantio ſolus remansiſſet, aliis Cõcanonicis ſuis abſentibus, in remotiſſimiſq. locis degentibus, ſolus prætendens ius Collegii illius patriarchalis Eccleſię pęnes ſe vnum remansiſſe, ad electionem patriarchę procedere auſus fuit. Sed electus ab ipſo, omne ius, quod ex huiuſmodi de ſe facta electione prętendere quoquo modo poterat, ſpontè in manus Romani pontificis liberè reſignauit. Sed numquid (fortè dicet aliqs)

De poſt. prælat. c. gratum. & de el ect. c. bonæ el 2.

ius

ius collegii in vno tantum remanere poteſt? quis dubitat? ergo ſeipſum ille poteſt eligere. negatur conſequentia, quoniã ſi poſſet ſeipſum eligere, duplici officio, duas perſonas requirente, fungeretur quod quidem abſurdũ eſt, & inconueniens, cum inter electum, & eligentem, inter dãtem, & accipientem debẽt eſſe diſtinctio perſonarum; & qui hoc modo ſe eligeret, de ambitu magnopere notãdus eſſet. Sed ſi totum Collegium deſtrueretur, nũ iura illius omnia perirent? Nequaquam; nam omnes de illo collegio, uel ſunt mortui, uel ab eorum ſede expulſi, & tunc omnia iura eiuſdem Collegij cõſeruantur apud illam Eccleſiam; quod minimè eſt dicendum, quando Collegium deſtruitur, vel voluntate propria, vel à Pont. Rom. ad id rationabiliter, iuſtiſq. de cauſis ſeipſum mouente. Non igitur ab alio, quàm à Summo Eccl. Rom. Pont. eligũtur his temporibus, nec eligi poſſunt quatuor ſupradicti maiores patriarchę. ex quo ſanè luce clarius patet, quod ille eſt pſeudopatriarcha, quem eligere audent quidam ſchiſmatici in Ciuitate Conſtantinopolitana, quem poſtea ſic electum Rex Turcarum tribus mil libus aureis ſibi ſolutis confirmat: quem quidem pſeudopatriarcham Gręci ſuperbi, atq. obſtinati, tamquam Canonicè electum, ſequuntur, venerantur, illiuſq. execrationes, & monita obſeruant ubiq. ac ſępiſſimè mittũt Inquiſitores, & exploratores per ciuitates, per terras, caſtra, & villas ad confirmandos omnes, græcos habitãtes in illis locis, exhortandoſq. ut ſedi, ditionique ſpirituali eiuſmodi pſeudopatriarchæ fideliter, firmiterq. ſint ſubiecti, & nullo pacto prorſus obediant Romano Põtifici. Sunt & alij pſeudopatriarchę, nam Armeni habent tres patriarchas, vnus reſidet in Cilicia, & Armenia minore, ſecundus in Armenia maiore, tertius, quem catholicum, non patriarcham appellant, pręſidet in Ruſſia prouincia

Vnus de capitulo non poteſt el gere ſeipſum

De aliquibus pſeudopatriarchis.

Polonorum. Maronitę etiã habent patriarcham, qui cõmoratur in monte Libano, & eius ſubditi dĩr Chriſtiani D.Th. ſiue de centura. Aethiopes ẽt habent vnum patriarcham, qui ſedem ſuam renet in curia magni Imperat. Præ Ioannis, & dr̃ patriarcha Abyſinorum, & accipit confirmationem a patriarcha Alexandrino. Cophti etiã, qui ſimul cum baptiſmo circunciduntur, habent duos patriarchas, vnus eorum reſidet in magno Cayro Aegypti, alter verò apud Aetiopes. Iacobiti, qui negant ſanctiſſimam Trinitatem habent duos patriarchas, quorum vnus reſidet in Cayro, alter verò in Damaſco Vrbe Syriæ. Sed de his falſis Patriarchis dictũ ſit ſatis; Deus, ac Dñs noſter Ieſus Chriſtus illuminet eorum intellectus, aperiatq. mẽtes ſubditorum ſuorum, vt ſimul oẽs agnoſcant veritatem, & agnoſcentes amplectantur, & tueantur fidem, quam ſemper tenuit, ac docuit S. mater E. R. Catholica, & Apoſt. Reuertamur ergo ad ueros patriarchas maiores, qui præter Pontificem Romanum, erant præcipuè quatuor ſupra enumerati, Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus, vt hr̃ de priuil. c. Antiqui. & d. 22. c. ſancta. c. Renouantes. & c. definimus. Romano autem Pontifici, tanquam ſummo patriarchę erant ſubiectę prouincię Occidentis cum multis Inſulis in mari Mediterraneo .ſ. tota Italia cum Sicilia, Corſica, & Sardinia, Gallia quoq. tota cum Inſulis Anglia, Scotia, & Hybernia; Hiſpania cum inſulis Fortunatis, & Balearib. Maior. & Minor. tota Germ. inferior, & ſuperior; Dalmatia, & Illyricũ: ac poſtea acceſſerunt regna Danię, Noruegię, & Suetię cum inſulis Frandię, Islandię, Gothię, & cęteræ poſitę ſub Polo Arctico; regnum Bohemię, & Polonię, cum Liuonia, Lituania, & alijs regnum item Pennonię, ſiue Hungariæ, cum Transiluania, Boſſina, & alijs: Carthago, Africa, Numidia,

prouinciæ ſubiectæ Ro. põt. tanquam sũmo patriarchæ.

Numidia,& utraq. Mauritania, Cęſarienſis,& Tigitana. Patriarchę verò Conſtantinopolitano ſubiectæ fuerunt omnes prouinciæ Græciæ. ſ. Attica, Thracia, Corinthus, Peloponneſus, Creta, Macedonia, Epirus, Myſia, ſuperior,& inferior, quæ prouinciæ nunc dñr Seruia, & Bulgaria; item Dacia, nunc vulgo Vallachia; item Pontus Euxinus, Neocæſarea, poſtea dicta Trapiſonta, & vicinę prouinciæ. item Aſia minor, in qua ſunt Bithynia, Paphlagonia, Galatia, Cappadocia, Pamphilia, Lycia. Caria, Ionia, Donis, Aeolia, Lycaonia, & aliæ multæ. quib. deinde acceſſerunt aliæ prouinciæ, prout fuerũt ad Chriſti fidem,& religionem conuerſæ, Moſcouia, Ruſſia,& alię vltra Poloniam ſitæ. In his prouincijs (paucis exceptis) Patriarcha Conſtantinopolitanus Epiſcopos,& Archiepiſcopos, & alia dignitate Eccleſiaſtica prędítos conſtituebat, pręficiebat, vel cõfirmabat electos, vt nũc etiam patriarcha, quamuis ſchiſmaticus, illos conſtituit, præficit, vel confirmat. Porrò in prouinciali libro omnium Eccleſiarum, ei ſubijciuntur viginti Archiepiſcopi: in iure verò Orientali lib. 2. ad finem parent ei octuaginta Metropolitani, hoc eſt primates trigintanouem. Patriarchę verò Antiocheno ſubiecta erat altera pars Aſię, quę Caramaniam, Armeniam maiorem, & minorem, Lyciam,& Ciliciam continet: & prouincię Syriæ, Aſſyria, Meſopotamia, Media, Parthia, Perſia vſque ad Indiam Orientalem. In libro prouinciali eccleſiarum ſubijciuntur ei 153. Epiſcopi, Archiepiſcopi vero 12. Gulielm. Tyrius lib. 14. de bello ſacro c. 22. ſcribit, ſuo tempore fuiſſe ſub Antiocheno patriarcha 13. Archiepiſcopos, quos ibidem nominat,& multos Epiſcopos Patriarchæ Alexandrino obediebant Aegyptus, Lybia, Pentapolis,& aliæ prouinciæ, quæ ad Tropicum Capricorni pertinent. Patriarchæ Hieroſolymitano parebat tota

prouinciæ ſubiectæ Patriarchæ Conſtantinopolitano.

prouincię patriarchæ Antiocheni.

prouinciæ patriarchæ Alexãdrini. & Hieroſolym.

Paleſtina,& triplex Arabia,.ſ. Deſerta, petræa, & Felix vſque ad ſinum perſicum;Guliel.Tyrius lib.14.c.11.de bello ſacro deſcribit Archiepiſcopos, & Epiſcopos ei ſubiectos.Patriarchales aũt eccleſiæ non fuerunt inſtitutæ ſimul,& eodem tempore,ſed diuerſis temporibus; Azorius.n.par.2.lib.3.cap.36.refert,quòd pleriq. arbitrantur primùm tres tantum Eccleſias fuiſſe patriarchali dignitate præditas,Romanam,Alexandrinam, & Antiochenam;has uerò tres eam dignitatem adeptas fuiſſe ob honorem,primatum,& dignitatem Petri principis Apoſtolorum,qui primũ ſedit Antiochiæ,& deinde Romæ, & Antiochiæ ſucceſſit Euodium,cui ſucceſſit Ignatius;& Alexandriam miſit Marcum Euang.cui ſucceſſit Annianus,& hæc ratio colligitur ex epiſt.S.Anacleti,Leonis I. Gregorij,& Leonis IX.Alijs verò hoc non ita certũ eſſe v?.Cur.n.inquiunt,plures eccleſiæ eadem auctoritate, & honore patriarchalj damnatæ non ſunt,cum Petrus in plures eccleſias diſcipulos miſerit, quibus pręfuiſſe perhibentur?nam Aquileiam miſit Marcum, cui ſucceſſit Hermagoras;Rauennam miſit Apollinarem, Ticinum Syrum,Coloniam,& Treuirim alios.Cur item Alexandrina Antiochenam præceſſit,cum Antiochenę Eccleſię ipſe Petrus pręfuerit,Alexandrinæ Marcus? Cur itidem poſtea Conſtantinopolitanæ,& Hieroſolymitanę,in quibus eccleſijs Petrus non ſedit,nec aliquis ex eius diſcipulis,patriarchalem honorem nactę fuerunt?vnde colligũt quatuor illas eccleſias id honoris,& dignitatis obtinuiſſe ad vrbium ipſarum amplitudinem, dignitatem,& maieſtatem Alexandria.n.Romanorum principum, & Imperatorum auctoritate, maximum ius obtinuerat in toto Aegypto,Libya,& pentapoli,ut patet ex offitio pręfecti Auguſtalis.l.1.ff.de off.pręfect.Auguſt.Antiochia poſt Gręcorum Imperium in Oriente auctoritate

Diuerſis tẽpibus fuerunt inſtitutæ Eccl.patriarchales.

Quare illis quatuor eccleſ.fuit data dignitas patriarchalis.

pręſta-

præſtabat. Conſtantinopolis Græcorum Impèratorum Curia, maieſtate, & dignitate pollebat. Hieroſolymæ vero datus eſt Patriarchalis honor, eò quod fuerit Chriſti Dñi præſentia, ſermone, doctrina, geſtiſq. rebus cohoneſtata, & illuſtrata Imperatorum verò Græcorum importuno ſtudio, & verbis Conſtantinopolitanæ patriarchæ ambitu, & faſtu factum eſt, vt Cōſtanrinopolitanus patriarcha Alexandrino, Antiocheno, & Hieroſolymitano præcederet. Olim igitur poſt Pontificem Rom. habebatur tantum duo pręcipui Patriarchæ, Alexandrinus, & Antiochenus; tempore Nicęni Cōcilij Epiſcopus Hieroſolymitanus nondum erat Patriarcha, vt conſtat can. 7. quia epiſcopi Cęſarienſi in Palęſtina obediebat: poſt annos verò ferè quingentos à Chriſto nato patriarchalis honor datus eſt prędicto epiſcopo Hieroſolymitano. Quando vero inter Patriarchas Romanum, Alexandrinum, & Antiochenum locum habere cæperit Conſtantinopolitanus, & qñ Romanum, primum locū adeptus fuerit, res non ita certò conſtat. nam Græci ſcriptores affirmant hoc fuiſſe determinatum in Concilio primo Cōſtantinopolitano, tempore Damaſi primi, & Theodoſii ſenioris, in quo ex toto orbe terrarum fuerunt conuocati 150. Patres; in quo inter alios Canones habetur quintus in ordine, qui refertur d. 22. c. Cōſtantinopolitanus; in quo ſic ſtatuitur; Conſtantinopolitanæ ciuitatis epm̄ habere oportet primatus honorem, propterea quod ſit Roma noua. Latini autem ſcriptores aiunt hunc Canonem non eſſe à Patribus Concilij conſtitutum, ſed à græcis editum, vel ab Epiſcopis orientalibus iterū ſimul congregatis, abſq. legatis Apoſtolicis, & Epiſcopis occidentalibus, conditum, & additū, & ratio eſt, quia Gelaſius, qui poſt ipſum Concilium vixit, enumerās patriarchas tres tantum recenſet primo loco Romanum, ſecundo

Alexandrinum,tertio Antiochenum. Similiter Leo I. eoſdem tres patriarchas tantummodo, & eodem ordine commemorat;& non eſt veriſimile hoc pontifices ignoraſſe illum Canonem.Secundo quia cum legati Leonis primi pręſiderent in Concilio Calcedonenſi,& occaſione eius Canonis Concilium tribuiſſet primatum Epiſcopo Conſtantinopolitano poſt Romanum Pontificem, ipſi legati proclamarunt,& repugnarunt, affirmantes nihil tale vnquam ante id tempus fuiſſe conceſſum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ,& de hac re Leo papa ſcripſit ad Marcianum Imperatorem, & Pulcheriam Auguſtã epiſt.52.& 53.Tandem ſub Bonifatio III.Phoca Imperatore,ita res definita fuit,vt Romanus pontifex iuxta Apoſtolica Dogmata,& vetuſtiſſimam SS.Patrum traditionem primum omnino locum in catholica Eccleſia retineret,ſecundum vero Conſtantinopolitanus, vt teſtantur Beda,& Paulus Diaconus. hoc idem poſtea in Cõcil.6.generali ſub Agathone can.36.repetitum fuit; & habetur diſt.22.c. Renouantes.Idem etiam refert Innocentius tertius in Concil. Lateranenſi, & habetur de priuil.c.antiqua. Ordo igitur inter illos quatuor patriarchas maiores eſt,vt poſt Rom.pont. Conſtantinopolitanus primum tenet locum,Alexandrinus ſecundum,Antiochenus tertium,& Hieroſolymitanus quartum :olim .n. ſtatutum,atq.ordinatũ fuit a patribus, vt nemo prorſus mundi potentum,quenquam eorum,qui patriarchalibus pręſunt ſedibus,inhonorare,aut mouere à proprio throno tentaret:pręcipuè quidem ſanctiſſimum papam ſenioris Romę,deinceps Conſtantinopoleos patriarchã, deinde verò Alexandrię,Antiochię, & Hieroſolymorũ. quę quidem cuncta Concilium generale approbauit, vt habetur extra de priuil.c.antiqua.vbi ad litteram dicit: Antiqua patriarchalium ſedium priuilegia renouãtes,

Ordo inter patriarchas.

ſancta

ſancta vniuerſali Synodo approbante, ſancimus, ut poſt Romanam Eccleſiam, quæ diſponente Domino ſuper omnes alias ordinariç poteſtatis obtinet principatũ, vt potè mater vniuerſorum Chriſti fidelium, & magiſtra, Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum locum obtineat, ſeruata cuilibet propria dignitate. Fuerunt aũt nonnulli, qui defendẽtes grçcos Imperatores ab impor tunitate, & patriarchas Conſtantinopolitanos ab ambitione, dixerunt, quod Alexandrina Eccleſia, quæ prius ſecundum locum inter patriarchales obtinebat, libẽter, creditur, ac ſine ſtomacho, vel iniuria, rationabilibus, ac iuſtiſſimis de cauſis Conſtantinopolitanç ceſſit eccleſiç in charitate non ficta, eo. ſ. tempore, in quo fuit penitus neceſſarium, vt alia ſedes patriarchalis conſtitueretur grçcorum prouinciis, ad Chriſti fidem paulò ante conuerſis: vt fauor agnoſceretur Imperatoris, qui ſedem Imperialem Romanç Eccleſiç reliquerat, & Romanum imperium ad grçcos tranſtulerat, ac in Bizantio, quam nouam Romam appellari voluit, ſedem imperij collocauerat, vt omnino locum daret Romano pontifici, ideo etiã promeruit, ut ſedes epiſcopi ſui Conſtantinopolitani ſm̃ dignitatem inter alias aſſequeretur. Sed cùm Dñi ſit terra, & plenitudo eius, & ipſe ſpetiali prouidentia ſuã regat, atq. gubernet eccleſiam, tanquam ſponſus ſponſam ſuam dilectam, nullo pacto credendum eſt, vt ſiue eius inſpiratione, impulſu, & illuminatione ſanctiſſimi illi orthodoxç fidei patres primum locum tribuerint non Hieroſolymitanç, ſed Conſtantinopolitanç Eccleſiç poſt Romanam ſedem, quæ eſt mater omnium eccleſiarum, ut ſępius dictũ eſt. De conſecratione autem patriarcharum diſtinguendum eſt, nam ille, qui eligitur patriarcha ante, vel erat epiſcopus conſecratus, uel non. ſi erat conſecratus

dist. 22. c. ſacroſancta.

de conſecratione patriarcharum.

cratus, nulla amplius requiritur conſecratio, ſed tantum nominatio, deſignatio, poſtulatio, electio, & confirmatio, uel ſola collatio, ut uocatur, à Rom. pontif. facta. Si non erat conſecratus, tunc neceſſaria eſt, pręter electionem, & confirmationem, conſecratio. nam patriarcha duplici eſt prçditus poteſtate, uidelicet iuriſdictionis, & ordinis, hęc datur, & accipitur per conſecrationem, illa extra conſecrationem confertur, ut habetur ex D. Tho. 2. 2. q. 39. ar. 3. Poteſtas autem iuriſdictionis in pōtifice Rom. eſt maxima ſuper omnes, licet. n. Apoſtoli quo ad ordinem, & rationem conſecrationis fuerint pares, erāt tñ minores Petro, eiuſq. ſucceſſoribus quòd ad plenitudinem poteſtatis, officium, & dignitatem, quę proculdubio maior eſt dignitate, & adminiſtratione oīum epiſcoporum, Apoſtolos omnes reprçſentantium: idcirco Papa dicitur ordine, & conſecratione par eſſe cuicunq. epiſcopo, quia in eccleſia Dei non reperitur ordo maior ordine epiſcopali, & ob hanc cauſam papa vocat ſe epm. qđ quidem inconueniens minimè eſſe videtur, poteſt nāq. aliquis eſſe ęqualis alicui, vel eo in ordine maior, qui tñ minoris erit dignitatis, uel prçminentię in adminiſtratione, ut patet in Archipresbytero eccleſię Cathedralis, qui cum ſacerdos exiſtat, maior eſt Archidiacono ordinem Diaconi tantum habente: at uerò minor eſt eo dignitatis prçrogatiua, & adminiſtratione: de cuius quidē Archipresbyteri officio ſic habetur diſt. 25. c. perlectis. Archipresbyter vero ſe eſſe ſub Archidiacono, eiuſque prçceptis, ſicut epiſcopi ſui ſciat ſe obedire, & quod ſpiritualiter ad eius miniſteriū pertinet ſuper omnes preſbyteros in ordine poſitos curam habere, & aſſiduè in eccleſia ſtare, & quando epiſcopi ſui abſentia contigerit, ipſe eius miſſarum ſolemnia celebret, & collectas dicat, vel hi, quibus ipſe iniunxerit. Eſt autē Archidiaconus gene-

de cōſecr. d. 32

ext. de off. Archidiac.

generalis Vicarius epiſcopi;& eius oculus nuncupatur. Ad propoſitum igitur redeuntes dicimus, quod quãuis Papa ſit par,& ordine,& conſecratione cum cæteris epiſcopis,illis tñ omnibus maior eſt adminiſtratione, & præeminẽtiæ dignitate,& Archiepiſcopis,& Patriarchis, cæteriſq.primatibus,quorum quidem omniũ, ac totius orbis eſt iudex vniuerſalis, Dñs,& moderator. Poſt quẽ (exceptis Dominis Cardinalibus,de quib. ſuo loco verba fecimus) ſequuntur alii quatuor ſupradicti Patriarchæ.quorum priuilegia tanguntur in c. antiqua. de priuil.vbi aſſignatis ſuis cuiq.præſidentiæ locis,dr̃,quod poſteaquam ipſi Antiſtites maiores à Romano Pontifice receperint pallium,in quo eſt plenitudinis officii pontificalis inſigne,præſtito ei fidelitatis, & obedientiæ iuramento,licenter,& ipſi ſuis ſuffraganeis palliũ largiantur,recipientes pro ſe profeſſionem canonicam, & pro Romano pontifice ſponſionem obedientiæ ab eiſdem. Dominicæ verò Crucis vexillum ante ſe faciant, vbiq. deferri præterquàm in Vrbe Roma,ac vbicunq.ſummus pontifex adeſt, ſiue eiuſdem legatus vtens inſignijs Apoſtolicę dignitatis. In omnibus autem prouincijs eorũ obedientiæ,& iuriſdictioni ſubiectis, ad illos poteſt appellari,ſaluis tamen ſemper appellationibus ad ſedem Apoſtolicam.quę quidem cuncta ſeruari debent pro Eccleſię militantis decore;cum nulli iniuriam faciat, qui vtitur ſuo iure,& priuilegia Eccleſię conceſſa ſunt perpetuò inuiolabiter ſeruanda,vt habetur 25.q. 1.c. 1.2.& 3. vbi dicitur,Priuilegia Eccleſiarũ,&ſacerdotũ intemerata ,& inuiolata cunctis decernimus manere temporibus. & infra;Priuilegia Eccleſiarum,& monaſteriorum ſanctorum Patrum auctoritate inſtituta,nulla poſſunt improbitate conuelli,nulla nouitate mutari.Et licet Imperator,atque ſummus,pontifex ſint ſoluti legibus huma-

priuilegia patriarcharum.

nis,

nis,eas tamen ſummo ſtudio,maximaq. diligentia cuſtodire,& ſolliciti eſſe debent,ut ab inferioribus cuſtodiantur,atq.obſeruentur. Aliud quoq. priuilegium habere dñr patriarchę,nam ſicut Papa poteſt,quandocũq. adeſt iuſta,ac rationabilis cauſa,deponere Epiſcopos, ita & ipſi deponere poſſunt eorum ſubditos,ſicut Patriarcha Conſtantinopolitanus Anaſtaſium quendam epiſcopum condemnauit,atq.depoſuit,eò quòd ad Concilium prouinciale ſe conferre recuſauerit. Verùm minimè credere poſſum, patriarcham aliquem nunc poſſe quempiam epiſcopum ſibi ſubiectum vllo pacto deponere,niſi de ſpeciali mandato Sanctiſſimi Domini Papę, ad quem vnum naturaliter ſpectat creare,atq.deponere iuſtis de cauſis Epiſcopos,cæteroſq.primates ſibi immediatè ſubiectos,quoniam eius eſt ſoluere,cuius eſt, & cõdere,& omnes res per eandem ſoluitur cauſas, per quas oritur. Clemens V.ſtatuit,ut nullus de cætero,quantacunque dignitate præpollens,niſi ſpeciali ſuper hoc auctoritate ſedis Apoſtolicę fulciretur, de paſtore p[illegible]uidere auderet Cathedrali eccleſię ſibi qualitercunq. ſubiectæ,quę Clero careret,& ſubditis Chriſtianis:quod quidem decretum emanaſſe creditur à S.ſede Romana, propter quatuor patriarchas principales,qui fortè conſueuerant eligere,& cõfirmare Epiſcopos in prouinciis ſibi ſubiectis,eoſque mittere ad regendas illarum eccleſias,uti facere uidemus quotidie Romanum pontificẽ, cum hoc ſit eius particulare munus. Poterant fortè patriarchæ prædicti epiſcopos, uel alios pręlatos ſuos ab vna eccleſia ad aliam æqualem,uel ſuperiorem transferre,quod tamen illos feciſſe non credo, niſi de expreſſa ſummi pontificis licentia,quia patriarcha Antiochenus reprehenditur,& etiam mulctatur,eò quia Archiepiſcopum iam confirmatum,eo munere priuauerit,& ad epiſcopa-

2.q.5.c.quod ſuſpecti.

c1.de reg.iur.

ſcopatum tranſtulerit,ad inferioremq.gradum admini-ſtrationis eũ deſcendere coegerit; certè facere non licuit,nam maiores huiuſmodi cauſas, eaſdemq. grauiſſimas determinare non ad alium, præterquàm ad Romanam ſedem,ſummumq.Pontificem ſpectare omnino videtur,cum ille ſolus reſtituat,deponat,diuidat, vniat, eximat,atque probet,difficultates omnes ſoluat, ſynodumq. generalem indicat,& congreget,transferat,mutet,comprobet,& nullus appellet ab eo. Hinc patet luce clarius quanta nonnunquam extiterit præſumptio,temeritas,atq.ſuperbia nonnullorum Patriarcharum, tã Cõſtantinopolitarum,quàm Alexandrinorum,qui ceruices ſuas olim erigere auſi fuerunt in Pontificem Romanũ, cum quo obſtinatè contendere non erubuerunt. Dioſcorus Patriarcha Alexandrinus nonne Leonem Papã ſanctiſſimum excommunicare auſus fuit?cuius quidem temeritas conculcata fuit poſtea in Calcedonenſi Concilio,in quo ſanctiſs. illi Patres congregati in nomine Dñi, eum ſine vlla reſtitutione damnarunt, eò quod os ſuũ poſuiſſet in cœlum,cum in Leonem Summum Pontificem excommunicationem dictaſſet. Acacius quoque patriarcha Conſtantinopolitanus nonne Alexandrinũ, & Antiochenum Patriarchas excommunicauit, atq.depoſuit,eò quia noluiſſent participes fieri eius hæreſis, quàm ipſe palàm profitebatur?& ideo ab vniuerſali Synodo fuit depoſitus. Sed quid dicã?patriarchæ Cõſtantinopolitani nonnè quandoq.ſunt auſi concilia generalia indicere,conuocare,celebrare,atq. in eis canones generales promulgare abſque ſcientia,conſenſu,& auctoritate Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentiũ, licet ea omnia poſtea annullata, & irrita fuerint declarata?ſed Sinamus huiuſmodi patriarchas ĩflatos, ſuperbos,obſtinatos,atq.rebelles, & tractatum noſtrum com

Superbia,ac temeritas nõnullorum patriarcharum.

24.q.1.c.1.& 22.d. cap. qua trad.

diſt.17.c.multiſ

pleamus cum his,qui promptè, & humiliter obediunt
10 q.3. c.quia. Romano pont.qui ſicuti totius orbis eſt Iudex ordinarius,ſic & patriarchæ ſunt iudices prouinciarum ſuarum. ac ſubditorum ſuffraganeorum ſuorum, ſunt.n. iudices
11.q.3.c.ſi cler. ordinarij prouinciarum,& omnium Archiepiſcorum,& Epiſcoporum ſuorum. Abſoluunt etiam iſti quatuor Pa
diſt. 21. c.1. triarchę excommunicatos à ſuis ſuffraganeis,ſeq. interponunt,& cognoſcere poſſunt de validitate, ſiue inualidi-
de appel. c.ſolicitudinem. ditate appellationis interpoſitæ ad Papam per ſubditos ſuffraganeorum ſuorum,ſi ad eos reclamarent, declarando eoſdem excommunicatos benè appellaſſe. Oeconomos quoq.in eccleſijs Metropolitanorum, & aliorum
9.q.3.c.per ſingulas. ſuffraganeorum ſuorum,ſi non habeant poſſunt ordinare Archiepiſcopi,& Epiſcopi eorundem patriarcharum
65.d.c.placet. ſuffraganei,ſine iuſſu eorum ordinari non poſſunt. Si verò tales Archiepiſcopi,vel Epiſcopi in remotis locis ex præcepto Patriarchæ, aut per eius litteras ordinantur, expletis duobus menſibus ſtatim ſe debent conſpectui eiuſdem Patriarchę præſentare,vt ab eodem moniti,atque de rebus eccleſiaſticis plenius inſtructi, quidnã debeant obſeruare recognoſcant;quod ſi quis eorũ aliqua
d.65.c.ſi quis. infirmitate detentus,facere nequiret,ſaltem per litteras eiuſmodi impedimentum ſuum Patriarchę ſignificare tenetur. Patriarchæ impediti poſſunt ſuorum ſuffraganeorum conſecrationem alijs committere. Item Patriarchæ legati ex cauſa rationabili poſſunt indulgentias prędeceſſorum ſuorum,& priuilegia reuocare de licentia Papæ. Præterea cum eorum aliquis ordinatur,omnes Archiepiſcopi,& Epiſcopi ſuffraganei ſui debent huiuſmo
d.66.c.Archiepiſcopus. di ordinationi adeſſe,ſi commodè poſſunt, cum ille,qui alijs pręeſt,debeat ab omnibus conſtitui Epiſcopis,quibus ille præeſſe debeat.

De

De Archiepiſcopis, eorumque auctoritate, poteſtate, & officio. Tractatus Quartus decimus.

ARchiepiſcopus, cum ſit nomen grecum, latinè ſignificat Princ'pē Eporum, uel Epm primariū; & illo dr̄ Archiepiſcopus, qui in aliqua primaria ciuitate alicuius ꝓuinciæ eſt Epiſcopus, quæ ciuitas habet ſub ſe alias ciuitates, in quibus ſingulis ſinguli præficiuntur Epiſcopi, quibus Epiſcopis præeſt ille, qui dicitur Archiepiſcopus. aliquando autem Archiepiſcopus multos habet Epiſcopos ſubiectos, aliquando paucos, vt quatuor, vel tres, vel duos, vel etiam vnum ſolum, aliquando etiam eſt ſine Epiſcopis, vt dicitur de Archiepiſcopo Roſſanenſi, teſte auctore libri, qui dicitur Prouinciale omnium Eccleſiarum. non eſt autem credendum vllum Archiepiſcopum olim fuiſſe factum ſine Epiſcopis ſuffraganeis, ſed ſi nunc eis carent, fortè fuit, quia curſu temporis epiſcopi ſuffraganei fuerunt à Romanis Pontificibus exempti, vel quia eorum Eccleſię fuerunt annexæ, & coniunctæ Eccleſiæ Metropolitaaæ, hæc igitur eſt origo Archiepiſcoporum; quando. ſ nonnulli epiſcopi ſubijciebantur Epiſcopo primariæ ciuitatis eiuſdem prouinciæ, tunc ille Epiſcopus cæpit nominari Archiepiſcopus. Videtur autem Archiepiſcopum eſſe idem, quod eſt Patriarcha, nam Iuſtinianus Imperator in Nouella 11. & 123. appellat Archiepiſcopos patriarchas, inquit. n. Iubemus beatiſſimos Archieps̄, & Patriarchas, hoc eſt, ſenioris Romæ, & Cōſtantinopoleos, & Theopoleos. i. Antiochiæ, & Hieroſolymorū. & in nouella 16. Imperator Iuſtinianus Auguſtus Anthemio ſanctiſſimo, & beatiſſimo Archiepiſcopo Conſtantinopolitano, & vniuerſali Patriarchæ. & in Concil. Matriſcon. 2. in Gallia ſub Guatranno Prin-

De nomine Archiepiſcopi.

Origo Archiepiſcoporum.

Archiepiſcop. & Patriarcha non ſunt idem

cipe Archiepiſcopus Lugdunenſis vocatur patriarcha. Similiter Gregorius in libris de hiſtoria Francorum Archiepiſcopum Lugdunenſem appellat Patriarcham, & 9.q.3.c.Conqueſtus. Archiepiſcopus Bituricenſis dicitur Patriarcha. Et in Oriente præter Conſtantinopolitanum,& Antiochenum nonnulli alii Archiepiſcopi retinuerunt nomen Patriarchæ, quia talis erat apud eos conſuetudo, vt Archiepiſcopos vocarent Patriarchas. in Occidente etiam Archiepiſcopus Aquileienſis nominabatur Patriarcha, quia Epiſcopi, & Presbyteri Dalmatiæ,& Iſtriæ more Orientalium, ſic eum nominabant, & ei parebant tanquam earum prouinciarum Archiepiſcopo. & hoc deducitur ex ipſa nominum etymologia, Patriarcha enim Græcè dicitur princeps Patrum, hoc eſt, Epiſcoporũ primus, & Archiepiſcopus dicitur princeps Epiſcoporum. Sed olim tantùm tres Archiepiſcopi dicebantur patriarchæ.ſ. Romanus, Alexandrinus, & Antiochenus, quibus additi fuerunt Cõſtantinopolitanus, & Hieroſolymitanus, qui paſſim dicebantur Patriarchę, & Archiepiſcopi. Poſtea verò multi Epiſcopi, qui præerant primarijs ciuitatibus prouinciarum cæperunt vocari Archiepiſcopi, quare ſolùm illi quinque primi Archiepiſcopi retinuerunt nomẽ Patriarchæ, quia à cæteris Archiepiſcopis ampliori iuriſdictionis poteſtate differebant; immo præerant etiam multis Archiepiſcopis, quoniam quidam eorum Epiſcoporum, qui præerant primariis ciuitatibus prouinciarùm, quæ ſubiectæ erant patriarcharum curæ,& poteſtati, facti ſunt Archiepiſcopi, & hoc modo illi quinque patriarchæ non ſolùm epiſcopis, ſed etiam archiepiſcopis præeſſe cæperunt, & ita conſtituti ſunt epiſcoporum, & archiepiſcoporũ Patres, non ergo idem eſt archiepiſcopus, quod patriarcha.

Sicut etiam archiepiſcopus, & primas differunt, quã-

Digitized by Google

uis enim antiquitus archiepiſcopi dicerentur primates, quia reuera erant principalium ciuitatum epiſcopi, & primas idem erat, qui primę ſedis, ſeu ciuitatis ep̃s; poſtea tamen, quia multi aliarum ciuitatum epiſcopi fuerunt creati archiepiſcopi, ideo nomen primatis conceſſum eſt iis tantum archiepiſcopis, qui præerant ciuitatibus, ſub quibus erant aliæ ciuitates archiepiſcopos habentes, adeò quod primates ſint patres non ſolùm epiſcoporum, ſed etiam archiepiſcoporũ; ut archiepiſcopus Cantuarienſis dicitur primas Angliæ, quia archiepiſcopi omnes illius Regni ſubiiciuntur eius ditioni: ſimiliter epiſcopus Toletanus dicitur primas Hiſpaniæ, Bituricenſis Aquitaniæ, Carthaginenſis olim dicebatur Primas Africę, & ſic de multis aliis, nam non omnes archiepiſcopi ſunt primates, ſed ſolùm illi, qui pręſunt aliis archiepiſcopis, qui verò pręſunt episcopis ſuæ prouinciæ dicuntur tantùm archiepiſcopi, ſed non primates: vnde patet, quòd Primas eſt ſuperior archiepiscopo non poteſtate ordinis, ſed iuriſdictionis, quod colligitur ex diſt. 99. c. prouinciæ. hoc autem ſumptum fuit ex Epiſtola S. Anacleti papæ, & diſt. 80. c. Vrbes. & c. in illis. in quibus locis. S. Clemens pont. Rom. explicat, vbi Archiepiſcopi, & vbi patriarchæ, ſiue primates ſint cõſtituendi. ſicut autem differunt archiepiſcopi à patriarchis, & primatibus, vt dictũ eſt, ratione minoris, & maioris iuriſdictionis, ita dicendum eſt eundem eſſe Archiepiscopum, & Metropolitanũ, quia Metropolitanus eſt episcopus, qui pręeſt ciuitati, quam aliæ ciuitates habentes ep̃os, agnoſcunt ut matrem, & caput, vnde Metropolitanus cæpit vocari archiepiscopus, quia præeſt ſuis episcopis ſuffraganeis. Differt autem archiepiscopus ab episcopo, q̃a iuriſdictio archiepiscopi eſt maior, & amplior iuriſdictione episcopi, nam episcopus pręeſt ciuitati, & caſtris,

Archiep̃s, & primas differunt.

Archiep̃s, & Metropolitanus ſunt idem.

Archiep̃s differt ab epiſcopo.

& villis ei ſubiectis, archiepiſcopus verò præeſt vni ciuitati, quæ eſt aliarum ciuitatum epiſcopos habentium mater, & caput, cui ſint ſubiectæ aliæ ciuitates, qui epiſcopi, archiepiſcopo ſubiecti in iure Canonico dicuntur ſuffraganei, vt c. 1. de foro cõpet. in 6. & c. ſuffraganeis, de elec. & c. antiqua. de priuil. quo ad poteſtatē aũt ordinis nihil differt Archieps ab epo, q̃m q̃ attinet ad ſacra, & alia, quæ ſunt poteſtatis ordinis nihil amplius hēt archieps, quam eps. Similiter in creatione archieps nihil differt ab epiſcopo, nam archiepi, ſicut epi iure cõi ſolēt eligi à Collegiis canonicorũ, & ſuperiorum auctoritate cõfirmari, uel à Regibus, ac Principibus tãquam patronis nominari, deſignari, & offerri, uel præſentari, & dein de auctoritate Romani Pontificis inſtitui, vel abſolutè, & ſimpliciter abſque vlla electione à Collegio, uel deſignatione a patrono facta, per collationē, vt iura vocant, à Romano põtifice creari. Poteſt autem archiepiſcopus fieri, uel qui ante fuerat epiſcopus conſecratus, uel qui ante non erat epiſcopus. Si creatur archiepiſcopus is, q̃ ante non erat epiſcopus conſecratus, neceſſe eſt, ut conſecretur, quia per conſecrationem ei confertur poteſtas ordinis, quã non habebat, cum antea fuerit ſimplex ſacerdos. Debet etiã Archieps poſtulare confirmationē, vel inſtitutionem, vel conſecrationem intra tot menſes, intra quos Epiſcopus ſuam confirmationem, uel inſtitutionem, vel cõſecrationem poſtulare tenetur; de quibus in tractatu de Epiſcopis. Inſigne verò Archiepiſcopi eſt Palliũ, de quo extat titulus de auctoritate, & vſu pallij in iure Canonico, & de quo diſt. 100. per aliquot capita, & 25. q. 2. cap. Galliarum, agitur. Eſt autem Pallium veſtis candida ex lana alba contexta, habens circulum humeros conſtringentem, & duas lineas ab anteriori, & poſteriori parte pendentes, & diſtincta quatuor

De creatione Archiepiſcopi.

Pallium eſt inſignē Archiepi.

tuor

tuor Crucis ſignis purpureis, quorum vnum habet in pectore, alterum in humero ſiniſtro, tertium in dextro, & quartum in ſcapulis. & S. Iſidorus dicit, Pallium eſſe, quo adminiſtrantium ſcapulę conteguntur, vt dum miniſtrant, expeditius diſcurrant; & dicitur Pallium à pellibus, quia prius ſuperindumēta pellicea veteres induebantur, quaſi pellea. Et ſciendum eſt, quòd Pallia Archiepiſcoporum fiūt ex pellibus agnorum; in die enim ſanctæ Agnetis, Canonici Regulares ſancti Saluatoris habitantes Romæ in Monaſterio ſancti Petri ad Vincula, præparant in Eccleſia ſanctæ Agnetis extra Vrbem duos agnos albos, qui poſt miſſarum ſolemnia benedicuntur à celebrante, & ſtatim poſt benedictionem conſignantur duobus clericis ſancti Ioannis Lateranenſis, qui illos portant ad monaſterium monialium. S. Coſmatis, & aliquando ad aliud monaſterium, ubi ab ipſis monialibus componuntur dicta pallia, quibus Romanus Pontifex Archiepiſcopos ornare ſolet. Origo autē pallij antiquiſſima eſt, nam auctor vetus rituum Eccleſiaſticorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, lib. 1. tit. 10. ca. 5. id colligit ex Maximo Epiſcopo, & Euſebio Cæſarienſi. Rupertus lib. 1. de Diuinis officiis cap. 27. inquit, Maternum à S. Petro miſſum. Treuerenſi Eccleſiæ hæreditatem pallij ſuis ſucceſſoribus reliquiſſe. D. Gregorius multoties facit mentionem de pallio, in epiſtolis ſuis, ut in epiſt. 30. & 39. primi libri, epiſt. 14. & 54. lib. 4. epiſt. 23. lib. 6. epiſt. 112. 126. & 129. lib. 7. poſt D. Gregorium etiam omnes, qui de Diuinis officijs tractauere, pallij mentionem fecerunt, ut Alcuinus, Rupertus, Rabanus, & Innocentius. Et auctor ille rituum Eccleſiaſticorum. S. R. E. ſupradictus tradit Archiepiſcopos petere pallium ſub hac formula verborum; Ego N. electus Eccleſiæ. N. inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè

ex quo fiat pallium.

pallii origo antiquiſſima.

Formula petēdi pallium.

peto

peto mihi tradi, & aſſignari pallium de corpore S.Petri ſumptum,in quo eſt plenitudo Pontificalis officij. vnde in c.ſignificaſti. de elect. dicitur pallium à corpore B.Petri aſſumi, quia cum illud Romanus pontifex alicui Archiepiſcopo tradit,& confert, dicitur mittere,ſeu conferre ex corpore B.Petri aſſumptum, quod Gloſa in eo cap.explicat dicens, quia ſuper altare, ubi corpus B. Petri ſepultum iacet,Romani pontificis auctoritate cõſecratum, & ex eo altari ſumptum, ad Archiepiſcopos mittitur. Vel potius,ut ait auctor rituum Eccleſiaſticorum loco citato, quia pallia confecta à monialibus, ut diximus, ad Baſilicam principis Apoſtolorum deferuntur,& ponuntur per Canonicos ſuper corpora Petri, & Pauli Apoſtolorum ſub altari maiore, ubi factis vigilijs per illam noctem dimittunt,deinde reſtituunt ſubdiaconis,qui ea in loco honeſto,& commodo conſeruant.

Formula qua datur palliū.

Formula uerò, qua pallium confertur Archiepiſcopo, ſecundum Gloſ.de auctoritate,& uſu pallij c. Ad honorem,hæc eſt, Ad honorem Dei omnipotentis, & B. Mariæ Virginis, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, & Domini papæ N. papæ Eccleſiæ Romanæ,& Eccleſiæ N. tibi commiſſæ,tradimus tibi N. pallium de corpore B.petri ſumptum in plenitudinem pontificalis dignitatis, ut utaris eo intra Eccleſiam tuam certis diebus, qui exprimuntur in priuilegijs Eccleſiæ tuæ conceſſis à Romana Eccleſia. Iſti autem dies ſolent eſſe,ut dicit gl. in eodem loco, Natiuitas Dñi, feſtiuitas S. Stephani prothomartyris. S.Io. Euangeliſtæ, Circuncìſio Domini, Epiphania, Dominica in ramis Palmatum, feria quinta in Cœna Dñi, in Sabbato ſancto, & in tribus diebus Reſurrectionis Dominicæ, & Pẽtecoſtes, ſolemnitas S.Io.Bapt. &omnium Apoſtolorum, & ſolemnitas in tribus feſtiuitatibus B.M.Virg. & in commemoratio-

Dies in quibus Archiepi ſolẽt vti pallio,

ne

ne omnium SS. & in Dedicatione Eccleſiarum, & principalibus feſtiuitatibus Eccleſiæ ſuæ, in ordinationibus Clericorum, & in Conſecrationibus Epiſcoporum, & in die anniuerſario ſuæ conſecrationis. Tenetur verò Archiepiſcopus petere pallium intra tres menſes à die conſecrationis, vel confirmationis, vel inſtitutionis, vel collationis, ſi ante non fuerat cōſecratus, niſi iuſtum adſit impedimentum, vt d. 100. c. quoniā. & debet illud inſtāter petere, vt in ea. diſ. c. priſca, & debet iureiurando promittere ſe Romano pontifici obedientem fore. in ead. diſt. c. optatum debet etiam iureiurando promittere ſe fidem catholicam, & Romanę, & catholicæ Eccleſiæ vnitatē, pacem, & concordiam ſeruaturum, de elect. c. ſignificaſti. Et quamuis pallium ſit inſigne Archiepiſcoporum, vt diximus, benignitate tñ Romani pontificis quibuſdā Epiſcopis traditur, ut Hoſtienſis, in oſtijs Tyberinis, Papienſi in Longobardia, Lucenſi in Tuſcia, Bambergenſi in Germania, & Quinqueccleſienſi in Hungaria, vt de præſumpt. cap. cum in iuuentute. Olim Archiepiſcopi ſubiecti quatuor Patriarchis Conſtātinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, & Hieroſolymitano petebant palliū à ſuis Patriarchis, de illis. n. dicitur in c. antiqua de priu. licenter, & ipſi ſuis ſuffraganeis pallium largiantur, pro ſe recipientes profeſſionem Canonicam, & pro Romana Eccleſia ſponſionem obedientiæ ab eiſdem; ijs autē temporibus non confertur pallium Archiepiſcopis, niſi Romani Pontificis beneficio, & auctoritate. Et quoniam cū pallio confertur plenitudo pontificiæ poteſtatis, vt dicitur c. 1. de auctoritate, & vſu pallij; ideo Archiepiſcopus ante acceptum pallium non poteſt ſe nominare Archiepiſcopum, vt in c. niſi. de auctoritate, & vſu pallij, nec pōt conuocare Concilium prouinciale, nec chriſma conficere, nec Baſilicas dedicare, nec clericos ordinare, nec Epiſcopos

Datūr pallium etiam aliquib. Epiſcopis.

Quæ non pōt Archiepiſcop. ante adeptū pallium.

ſcopos conſecrare,vt in c.quod ſicut. de elect. quare dicendum eſt Archiepiſcopum ante acceptum pallium nõ habere plenam iuriſdictionis,nec ordinis poteſtatẽ. Verum eſt tamen, quod gl. Panormitanus, & alij dicunt in c.ſuffraganeis.de elect.nempè, quod Archiepiſcopus cõfirmatus,& nondum pallium adeptus,poteſt aliqua,quę ſunt poteſtatis iuriſdictionis,non tamen omnia, quoniã quæ maiora,& grauiora ſunt,in iure non poteſt; & ideo non poteſt per ſe Concilium conuocare,vt in c. quod ſicut.de elect.Poteſt tñ Epiſcopis facultatem concedere, ut ſuum ſuffraganeum conſecrent,ac proinde,vt clericos ordinent,& eccleſias dedicent,quia huiuſmodi facultatem concedere, & quidem poteſtatis iuriſdictionis, ſed non numeratur in his,quæ maiora, & grauiora reputantur.& Hoſtienſis in ſumma.tit.de auctoritate,& vſu pallij ait,quod Archiepiſcopus non poteſt ea, quæ ſunt poteſtatis ordinis.ſ.ſacramentum confirmationis conferre, virgines conſecrare,aut Abbates,publicam, & ſolemnẽ pœnitentiã agentes Eccleſiæ reconciliare,& cætera,quæ ſine Miſſę ſacrificio nõ poteſt fieri;ea verò, quæ ſtola tantùm indutus exequi,& facere ſolet,poteſt, ut calices, & alia huiuſmodi vaſa conſecrare,cœmiteria dedicare, & ſimilia. Et notandum eſt,quòd ſi archiepiſcopus creatus,prius erat epiſcopus conſecratus, & ante adeptum pallium exerceat ea,quæ ſunt poteſtatis ordinis, peccat quidem contra Canones.facta tamen ab ipſo ſubſiſtunt, vt ſi clericos ordinet,chriſma conficiat, confirmationis ſacramentum adminiſtret,& alia, quæ ad poteſtatem ordinis pertinent.Si verò ante non erat conſecratus, ea irrita ſunt,& inania,quoniam presbyter ea, quæ ſunt poteſtatis Pontificiæ,pręſtare non põt,& ſi præſtet,nullius ſunt momenti.Verùm in iure nulla apponitur pœna Archiepiſcopo ante adeptum pallium munera Archiepiſcopa-

Quæ põt poſt adeptũ palliũ.

ſcopa-

ſcopalis poteſtatis exercenti pōt tñ per ſnīam ab officio, & miniſterio remoueri, vel aliqua minori pœna puniri. Et quia, vt ſup. diximus in c. 1. de auctoritate, & vſu pallij, ſancitum eſt, ne Archiepiſcopus extra Eccleſiam ſuā pallio non vteretur, ſciendū eſt, ꝙ nomine Eccleſiæ ſuæ intelliguntur oēs Eccleſiæ prouinciæ ipſius ditioni, ac poteſtati ſubiectę, pōt igitur in hmōi Eccleſijs vti pallio intra Miſſarum ſolemnia, extra Eccleſiam verò nō poteſt, vt in publicis ſupplicationibus, in conſeſſu, in comitijs. Nec pōt alteri Archiepiſcopo facultatem dare, vt in ſuis Eccleſiijs ſolemni ritu rem diuinam faciat, vt hī in c. ad hoc, de auctoritate, & vſu pallii, quoniā pallii vſus eſt priuilegium perſonæ, vnde non pōt ad alium tranſire, ideo iure eſt cautum, ut Archiepiſcopus ſuo pallio indutus ſepeliatur. Si aūt Archiepiſcopus ad aliam ſedē ſuperioris auctoritate tranſierit, ſecus ēt pallium, quod in priori eccleſia acceperat, transfert, ac nouum accipit, & cū vtroꝗ ſepelitur, vt ait Panormitanus in ſup. citato cap. ad hoc.

Qualis ſit iuriſdictio Achiepiſcopi in ſua Diœceſi, & prouincia.

Qualis aūt eſt iuriſdictio Archiepiscopi in diœceſi, cui præeſt, & in ſua prouincia, in qua habet Epiſcopos ſibi ſubiectos? Dico, quòd in Diæceſi habet iuriſdictionē Epiſcopalem, in prouincia uerò Archiepiſcopalē, vt ait Abbas in c. Quanto, & in c. Paſtoralis. de off. iud. ord. & prętere habet ampliorem iuriſdictionem in ſubiectos Epiſcópos, quā in clericos, & laicos ipſorum Epōrum poteſtati ſubiectos, vnde ſubiectorum Epōrum crimina ordinaria cognoſcit, cæterorū verò extraordinaria, in c. Paſtoralis ſup. cit. In quo c. plurima enumerantur à gl. crimina, ob quæ Achieṗs pōt punire Epōs ſibi ſubiectos, dummodo illa crimina non ſint reſeruata Rom. Pont. vt eſt hęreſis. Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 5. & quamuis Archieṗs poſſit Epōs ſibi ſubiectos pęnis multare propter crimina ab eis commiſſa, non pōt tñ eos ab officio, & miniſterio

Quæ poſſit Archiepiſcopus in ſuis Epiſcopis ſuffraganeis, & eorum Vicariis.

remouere, hoc.n.ad ſolum Rom.Pont.pertinet: vnde ſi clericus, vel laicus habet aliquid contra ſuum epiſcopũ, debet illud deferre ad Archiepiſcopum,& coram eo cauſam ſuam agere. Poterat ẽt Archieps̃ in quibuſdã cauſis citare Epiſcopos ſibi ſubiectos, vt perſonaliter coram ſe comparerent, at Conc. Trid.ſeſſ.13.c.6.ſic decreuit Eps̃, niſi ob cauſam, ex qua deponendus, ſiue priuandus veniret, etiam ſi ex officio, aut per inquiſitionẽ, ſeu denunciationem, vel accuſationem, ſiue alio quouis modo procedatur, vt perſonaliter compareat, nequaquam citetur, moneatur. Si Epiſcopi ſuffraganei in erectione, & conſeruatione Seminarij clericorum negligentes fuerint, & ſuam portionem ſoluere detrectauerint, Archieps̃ iuxta Conc. Trid.ſeſſ. 23.c.18.poteſt eos acriter corripere,& ad id ſeruandum cogere. Similiter ſi Vicarii ab Epo conſtituti, in ſuo munere obeundo impunè delinquent, Archiepiſcopus tanquam ordinarius eos punit, vt ſuppleat negligentiam Epiſcopi. Item poteſt abſoluere ſubditos ſuffraganeorum ſuorum, dum viſitat prouinciam, ut in c.perpetuò.de cenſib.in 6.vel cum cauſa ad eum per appellationem deuoluta eſt, vel in caſibus ſibi specialiter permiſſis, aliàs eos nec excommunicare, nec abſoluere põt. Nec poteſt in locis Epiſcoporũ poteſtati ſubiectis tribunal erigere, uel habere, niſi expreſſo ipsorũ conſenſu. Appellationem ad Archiepiscopum interpoſitam eps̃ ſubiectus debet admittere. Si verò Archiepiscopus in locis episcopo ſubiectis delinquit, ipſius episcopi iurisdictioni ſubiicitur, ita vt ratione delicti agere in eũ poſſit, vt colligitur ex c. vlt.de foro compet. Põt ẽt archiepiscopus cogere prouinciale Concilium, non conſultò, immo inuito primate,& in eo nominare, deſignare, & eligere teſtes idoneos,& veluti syndicos, qui ad futurum Concilium deferant, quæ emendatione,& correctione digna
iudi-

iudicauerint.Poteſt item abolere,& abrogare malas cõſuetudines,ſi quas inuectas eſſe nouerit in ſubiectorum epiſcoporum diœceſes,dum tranſit per ipſorũ loca etiam exempta,& libera,aut dum ad ea diuertit,quamuis nec viſitet,nec vllum ius dicat. Poteſt etiam ante ſe Crucis argenteæ ſignum deferre,& manu populum benedicere, & in eiſdem locis ſuæ prouinciæ rem diuinam priuato, aut Pontificio more publico facere,aut concionari ſe velit.quæ omnia habentur in Clem.Archiepiſcopo. de priuil.Poteſt ẽt de iure viſitare diœceſes ſuorum ſuffraganeorum,ſed prius debet viſitare ſuam,Conc.n.Trid.ſeſſ. 23.c.3 prohibet illum viſitare alienas, niſi poſtquã ſuã diœceſim plenè viſitauerit.& niſi in cauſa Concilij prouincialis auctoritate conceſſa;& cum iure viſitet, poteſt exigere,& accipere procurationes,ſeu impenſas,quas in viſitando facit.poteſt etiam in vtroque foro abſoluere à peccatis,& cenſuris ſibi iure permiſſis,ſubiectos ſuffraganeorum ſuorum,& hanc poteſtatem põt alteri delegari,quia eam,vt ordinarius habet. Non poteſt autem viſitare eccleſiam Epiſcopo viduatã,nec in eo viſitatorẽ conſtituere,quia tunc iuriſdictio Epi transfertur ad Collegium Canonicorũ. Sed videndũ eſt quas cauſas Archiepiſcopus poſſit cognoſcere,& iudicare eorũ,qui ſunt ſubiecti ſuis Epiſcopis ſuffraganeis,& in primis dico, quod cognoſcit illas cauſas,quæ iure appellationis, vel deuolutionis ad ipſum pertinẽt,vt hr̃ in c.1.de off.leg. & c.duo.de off.iud.ord.

Deinde qñ ſubditus epiſcopi ſuffraganei rõne delicti patrati in diœceſi Archiepiſcopi,vel ratione prædij domicilii,uel beneficii eccleſiaſtici in diœceſi Archiepiſcopi conſtituti;uel ratione contractus ibidem facti, ipſi Archiepiſcopo ſubiicitur c.vlt.de for.comp.& 6.q.3.c.placuit.Similiter qñ ſubditus epiſcopi ſuffraganei,quamuis

Quas cauſas poteſt cognoſcere Archiepiſcopus eorũ. qui ſunt ſubditi ſuis ſuffraganeis.

ab Archiepiſcopo abſolutus, parere episcopo iuſta præcipienti recuſat. de off. iud. ord c. ad reprimendam. Item ſi cauſa criminalis eſt inter epiſcopum, & clericum ſuũ, quia deferri debet ad ſynodum, in qua præeſt Archiepiſcopus. c. 1. 6. q 1. Inſuper quando clerici epiſcopi ſuffraganei in diuinis officiis uiolãt consuetudinẽ Eccl. Metropolitanæ. diſt. c. de his. Tandẽ qñ clericus ſubditus cõtra ſuũ epm cauſam ciuilẽ agat. 12. q. 5. c ſi clericus. Additur, quod ſi eps eſt negligens in his, quæ ad ſuum officiũ ſpectant, Archiepiſcopus acquirit iuriſdictionem, vt poſſit prouidere, ideo Gl. in c. Romana. de ſupplen. neglig. p̃l. inquit, in negligentia epiſcopi, Archiepiſcopus ſupplet vices eius. Sed quid dicẽdum ſi ſubditus Epiſcopi ſuffraganei fuerit ab eo excõicatus, & recurrat ad Archiepiſcopum pro abſolutione? circa hoc in c. venerabil b. de ſent. excom. multa dñr. Primo quod archiepiſcopus non põt abſoluere excõicatos ab Archidiaconis, vel aliis ſubditis ſuffraganeorum ſuorum, quia non eſt iudex nec eorum, qui excõicant, nec eorum, qui excõicantur; poteſt tñ abſoluere excõicatos ab ipſis ſuffraganeis, vel eorum officialibus, ſi à litigantibus ad eum fuerit appellatum. Secundo dr̃, quod archiepiſcopus, vel eius officialis, ſemper antequam audire cauſam incipiant, in caſibus, in quibus iuriſdictio compètit, debet excõicatos à ſuffraganeis iuxta formam eccleſiæ abſoluere, vel petente parte litigante, uel ex officio ſuo, quotieſcũq. poſt definitiuam ſñiam fuerit excõicatio promulgata, & ad eos fuerit appellatum, niſi dicatur excõicatus ob manifeſtã offenſam, vel contumaciam ẽt præſumptam. ſ. quia citatus non comparuit die ſibi pręfixo; tunc. n. non abſoluitur niſi prius ſatisfaciat. Tertio dr̃, ſi fuerit appellatum ex legitima, vel probabili cauſa ad archiepiſcopum, uel eius officialem, & poſt hmõi appellationem fuerit quis excõicatus à ſuf-

fraganeo

fraganeo,non ſtatim archiepiſcopus pronũciare dẽt, excõicationem fuiſſe irritam,ſed ad cautelam relaxare poteſt,antequam incipiat cauſam audire.Quartò dr̃, ſi certò conſtiterit excõicationis ſnĩam eſſe iuſtam, tunc Archiepiſcopus,uel eius officiales excõicatum, niſi moræ periculum afferat,ad excõicatorem remittere debet,nec poteſt eũ abſoluere, niſi excõicator admonitus, abſolutionis beneficium illi malitioſè impendere recuſet. Si verò conſtet excõicationis ſnĩam eſſe iniuſtam,tunc excõicatus non eſt mittendus ad excõicatorem, ſed ſine ulla difficultate mox abſoluendus.Si dubitetur, an iuſta ſit, uel iniuſta excõicatio,tunc Archiepiſcopus,vel eius officialis põt relaxare,quãuis honeſtius aget,ſi remiſerit ad excõicatorẽ;ualet tñ relaxatio,uel abſolutio,qñ Archiepiſcopus eſt iudex,ẽtſi non remiſerit.Si aũt litigans non appellauit,ſed per ſimplicem querelã ſuperiorem adijt, tunc per gl.in c.per tuas.de ſent.excom. remittendus eſt ad inferiorem,quem ſi inferior malitioſè nolit abſoluere,illum abſoluet archiepiſcopus,vel eius officialis,vt hr̃ de off.iud.ord.c.ad reprimendam. Inſuper ſi euidenter conſtiterit ſnĩam excõicationis iniuſtam eſſe, tunc Archiepiſcopus poteſt declarare ſubditum ſuffraganei fuiſſe ab ipſo ſuffraganeo contra ius excõicatum, quamuis ad eum appellauerit,ex gl.c.ſollicitudinẽ.de appell. Itẽ ſi excõicatus deponat querelam apud archiepiſcopum, vel eius officialem contra ſuffraganeum pro iniuſta excõicatione,& petat illum pœnis mulctari,ut ipſe recipiat ſatisfactionem pro ſuo intereſſe,debet eum archiepiſcopus audire.Si verò Suffraganeus illum excõicauit ad inſtantiam partis,& ille conqueratur de Suffraganeo, ut relaxetur hmõi ſnĩa contra ſe ab eo pro alio pronunciata,& publicata,tunc Suffraganeus nõ tenetur hanc cauſã tueri,sed ille,pro quo dicta ſnĩa fuit lata. Si autẽ Suf-

fraganeus

fraganeus in iudicio, uel extra iudicium a quem excõicauerit pro ſui iuris defenſione, uel procedens ex officio ſuo. ſ. inquirendo, tunc ipse conueniendus eſt coram Archiepiſcopo, quia ſui intereſt defendere ſuam causam, ut habetur in c. venerabilibus, de ſent. excom. in 6.

De Epiſcopis, & eorum dignitate, ac poteſtate. Tractatus Quintus decimus.

De nomine Epiſcopi.

NOmen Epiſcopi eſt nomẽ græcum, q; apud veteres ethnicos ſignificabat Magiſtratũ quendã, cuius officium erat, habere curã panis, & aliarũ rerum, quę ad cibũ, & victum pertinebant, ut colligitur ex l. munerum. 2. ff. de mun. & hon. §. Itenarchæ. ubi dr̃, Item Epiſcopi, qui præsunt pani, & cæteris venalibus, quæ ciuitatũ populis quotidianum victum ſuggerunt, perſonalibus muneribus funguntur. Et Cicero ſcribens ad Atticum, inqt, Vult me Pompeius eſſe, quem tota hæ maritima ora habeat Ep̃m. i. ſpeculatorem, & cuſtodẽ. hoc igitur nomẽ, quo vtebantur ethnici in illo Magiſtratu, translatũ fuit ad Antiſtites Eccleſiæ, qm̃ illorum officiũ eſt gregẽ ſibi commiſſum paſcere verbo, & exemplo, ac ſubditorum mores, & vitam exẽplare, & ſpeculari. ideo d. 21. c. cleEp̃s habet altiorem dignitatem, quàm Sacerdos. ricos. Epiſcopus interpretatur ſpeculator. & 8. q. 1. interpretatur ſuperintendentes. Qui iure diuino altiorem, ſuperioremq. habet poteſtatẽ, quã Sacerdos; nec audiendi ſunt hæretici, qui contendunt Epiſcopum iure diuino nõ diſtingui à Presbytero in dignitate, poteſtate, & munere, vt voluerunt Io. Vuicleph. & Aerius, quos ſequuntũr Lutherani, & Caluiniani, nam D. Aug. in lib. de hæreſib. c. 53. & Epiph. hæreſi 75. connumerant ſnĩam Aerii inter hæreſes. & Conc. Trid. ſeſſ. 28. can. 6. & 7. definit Epiſcopum à Presbytero diſtingui iure diuino, & oppoſitum aſſeren-

aſſerētes anathemati ſubijcit,quoniā Eps ratione poteſtatis,& dignitatis,qua fungitur,confert duo ſacramenta.ſ.confirmationis, & ordinis,quæ duo presbyter miniſtrare non pōt.Concilium igitur can.6.ſic ait;Si quis dixerit in eccleſia catholica Hierarchiam diuina ordinatione non eſſe in inſtitutam,quæ conſtat ex Epiſcopis,& presbyteris,& miniſtris,anathema ſit.& cau. 7. Si quis dixerit Epos presbyteris non eſſe ſuperiores, vel nō hre poteſtatem confirmandi,vel ordinandi,vel eam, quam habēt illis eſſe cum presbyteris communem, anathema ſit. Contendunt aūt iuris pontificij interpretes,& Theologi,an epiſcopatus ſit ordo diſtinctus ab aliis ſeptē Eccleſiaſticis ordinibus;& S.Tho.S.Bonau.Alber.Ricard. Scot.Durand.Palud.& alij in 4.d.24.q.1. & ſummiſtæ, D.Antonin.Syluſt.Ang. Tabien. & alij negant epatum eſſe ordinem ab aliis diſtinctum.Cōis aūt opinio oīum iuris pontificii interpretum,vt ait Nauar.in Manuali, c. 22.num.18.eſt,epiſcopatū eſſe ordinem à cæteris diſtinctum. Vnde eſt notandum,ꝙ ordo poteſt dupliciter accipi,nam epiſcopatus,vel eſt nomen officii; gradus, dignitatis,adminiſtrationis,& poteſtatis in conferendo ſacramento; vel eſt nomen poteſtatis in euchariſtia conſecranda,& offerenda.primo modo ſumitur ordo largius, ſecundo modo ſumitur ſtrictè:ſi loquamur primo modo, tunc dicendum eſt Canonici iuris Doctoribus,Epm aliū habere ordinem,quem nō hēt ſimplex ſacerdos, quoniā Epiſcopus eſt in ſuperiori,& eminentiori gradu,dignitate,officio,& poteſtate conſtitutus,pōtn. adminiſtrare, & conferre aliqua ſacramenta,quæ ſacerdos non poteſt; quare epiſcopatus erit ordo à cæteris diſtinctus. Si verò loquamur ſecundo modo,tunc verius eſt,ꝙ Theologi aſſerunt,nempè Epiſcopū non hre ordinem diſtinctum;cū n.conſecratur Epiſcopus,datur ei altior, & ſuperior di-

An epatus ſit ordo diſtinctus ab alijs 7. ordinibus.

Nota ſolut.

Hh gnitas

gnitas,facultas,& poteſtas ordinis,quia tanquã ordinarius miniſter põt conferre duo ſacramenta, nempè confirmationis,& ordinis,ſed nõ datur ei ſuperior poteſtas in Euchariſtia præparanda,adminiſtranda, conſecranda,& offerenda pro viuis,& mortuis.Theologi igitur vocant ordinẽ,vt eſt nomen poteſtatis in S.Euchariſtia,Canoniſtæ verò,vt eſt nomẽ poteſtatis in ſacris conferẽdis. Vnde iuxta D.Th.in 4.d.24.ſequitur,ꝙ in ẽpo non imprimatur alius character diſtinctus à charactere ſacerdotali,ſicut neq.in clericis characteres diſtinguuntur, quotieſcunq.poteſtates,functiones,& munera differunt. Et videmus ſimplicem ſacerdotẽ duas hr̃e poteſtates.ſ. conſecrandi,& offerendi ſanctiſs. Corpus D.N.Ieſu Chriſti, & audiendi fidelium confeſſiones,& eos abſoluẽdi, attñ D.Th.& alij cõiter docent vnum tantùm eſſe ſacerdotis characterem; ſic ẽt ẽps per ſuam conſecrationem accipit quidem nouam poteſtatem,& dignitatem,ſed non ſuſcipit nouum characterem. Nec valet,quod poteſtas ẽpi ſit poteſtas ordinis,qua poteſt duo ſacramenta cõferre,quæ poteſtas nũquam debetur, ergo vr̃, quod in ẽpo ſit alius character diſtinctus à ſacerdotali,quia dicimus in Epiſcopo eſſe quidem poteſtatem ordinis, quæ numquã deletur, ſed non diſtinctum ordinis characterem; & rõ eſt quia diſtinctæ ordinis poteſtates non ſemper conſequũtur diſtinctos characteres,nam unus, & idem character hẽt aliqñ diuerſas ordinis poteſtates,munera,& functiones. Ad hoc aũt,vt ẽps legitimè creetur,tria præcipuè requiruntur,nempè electio,confirmatio, & cõſecratio. Primo igitur eligitur ẽps,poſt electionem à ſuperiore confirmatur,deinde confirmatus conſecratur. Hoc verò nomen electionis complectitur quamcunq.noĩationem factam à Collegio clericorum,vel à Patrono. v.g. Rege, Imperatore,& Principe, à quibus aliquis nominatur, & eſſer-

In Ẽpo nõ imprimitur alius character à ſacerdotali

Quæ requiũtur ad creationem ẽpi.

Quid intelligatur nomine electionis

offertur Romano Pontifici,ut eum confirmare dignetur in epiſcopali dignitate.Per nomen autem confirmationis,non ſolum intelligimus illam actionem Pontificis, qua aliquem electum,& deſignatum ad epiſcopatũ con firmat,ſed ẽt actum illum,quo epiſcopum noĩatum,deſignatum,& oblatum à Patrono in Epiſcopali dignitate cõſtituit,& tandẽ qñ Rom.Pont.ex ſe ſine electione Canonicorum,& abſq.noĩatione Patroni,confert alicui Epiſcopatum,collatio.n.hmõi habet vim electionis,deſignationis,noĩationis,& oblationis,ut inquit Abbas in c. inter corporalia.de transl. Conſecratio verò fit,qñ aliqs electus Eps,& confirmatus,ab Epiſcopis vngitur,& cõſecratur.Porrò electio epiſcoporum in eccleſia Dei non ſemper fuit eodem modo, nam Chriſtus Dñs elegit 12. Apoſtolos,& illos in vltima cœna ordinauit ſacerdotes, qui auctoritate accepta ab ipſo Dño,elegerunt, & creauerunt in ſui locum epiſcopos;ſinguli namq. eorum poſuerunt in eccleſiis idoneos paſtores,qui dñr tenere locum Apoſtolorum,ut habetur d.68.c.quorũ vices.mortuis aũt illis primis epiſcopis ab Apoſtolis creatis, totũ ius eligendi,& creãdi epiſcopos deuenit ad Pont. Rom. ad quem tale onus pertinebat,tanquam ad ſucceſſorem Petri,qui à Chriſto Dño ſummam poteſtatem acceperat in tota eccleſia,ideo d. 22.c.omnes.dicitur, Omnes, ſiue Patriarchæ cuiuslibet apicem,ſiue Metropolim Primatus,aut epiſcopatuũ cathedras, vel eccleſiarum, ſiue cuiuslibet ordinis dignitatem inſtituit Rom. Eccleſia.& ꝙuis poſt Apoſtolos,ſiue clerus,ſiue populus aliquẽ ſibi elegiſſent in epiſcopum,illa tñ electio fiebat conſenſu expreſſo,uel tacito Romanorum Pont. Sed notandum eſt, quod antiquitus non ſemper ſeruabatur idem mos, & uſus in electione epiſcoporum,quoniam aliqñ clerus ſimul,& populus eligebant,ut 7.q. 1.c.factus eſt.& d.63.

Electio epõrũ non fuit ſemper eodẽ mõ.

Conc. Tridẽt. ſeſſ.23.c.4.

c. plebs. & alijs. aliqñ populus petebat, ac poſtulabat epiſcopum, clerus uerò eligebat. d. 62. c. nulla. aliqñ populus non ſolum petebat, ſed ẽt nominabat illum, quẽ epiſcopum deſiderabat, clerus uerò eligebat. in d. c. nulla. aliqñ epiſcopus faciebat ſibi adiutorem, quẽ poſtea morte vicinus ſuum ſucceſſorem nominabat, ut 8. q. 1. c. ſi Petrus, quod legitur factum fuiſſe à B. Valerio Hipponẽſi epiſcopo, qui S. Auguſt. ſibi fecit coadiutorem, & in epiſcopatu ſucceſſorem. aliqñ clerici eligebant, populus aũt noĩabat, & poſtea aſſenſus Principis requirebatur, ut diſ. 63. c. quia igĩ. c. quanto. c. principali, & aliis, & de elect. c. quod ſicut. Deinde fuit ſancitum, ut laicis omnino excluſis ſoli clerici epiſcopum eligerent, ut d. 36. c. nullus. c. Adrianus. c. nõ eſt. c. non licet. & 16. q 7. c. ſi deinceps. tandem tota facultas eligendi ep̃m deuoluta eſt ad Collegium Canonicorũ, ita ut excluſis non ſolum laicis, ſed ẽt clericis, ſoli Canonici eligerent ep̃m, qui mos, & conſuetudo multo tp̃e durauit in eccleſia Dei per Galliam, Germaniam, Italiam, Hiſpaniam, Angliam, & Poloniã. Romani uerò pont. abrogata hmõi conſuetudine, conceſſerunt Imperatoribus, Regibus, ac Principibus ius nominandi, deſignandi, & offerendi epiſcopos, qui poſtea ſic noĩati, deſignati, & oblati confirmantur ab ipſis Romanis põtificibus. Reges igitur Galliarum, Hiſpaniarũ, & Poloniæ habent hoc ius nominandi, in Germania uerò obſeruatur mos ille uetus, ꝙ Collegium Canonicorum eligit epiſcopum, & illum offert Rom. Pontif. ut ab ipſo cõformetur. Porrò ipſi Canonici intra ſpatium triũ menſium tenentur eligere ſuum epiſcopum, ut habetur de elect. c. ne pro defectu. & diſt. 50. c. poſtquã. & d. 63. c. obeuntibus. quod tempus computari dẽt non a die vacantis eccleſiæ, ſed à die certitudinis uacationis ipſius eccleſiæ, ut dicũt Innoc. & alii c. ne pro defectu. de elect.

D. Aug. in ep. 110.

Spatio trium menſium dẽt fieri electio.

in

in quo ē habetur, quod non currit tempus, ſi Canonici fuerint legitimè impediti. Si verò eſſent negligentes in eligendo, & pertranſiſſent tres menſes, tūc electio deuolueretur ad Metropolitanum, in d.c.ne pro defectu. de elect. qui Metropolitanus, & ipſe intra tres menſes debet epiſcopum ex illa eccleſia, ſi in ea inuenerit dignum, ſin minus ex alia. in cit. c.ne pro defectu. Qui aūt eligitur in epiſcopum, debet eſſe in ſacris conſtitutum, ſaltē in ſubdiacon. ordine. de æta. & qual. ord. c.à multis. & d. 60. c. nullus. & Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 2. inquit, ꝙ debet eſſe in ſacro ordine antea, ſaltem ſex menſium ſpatio conſtitutus. Multa aūt requiruntur in hoīe, qui eligendus eſt epiſcopus. ſ. vitæ, & morum integritas, natura ætas; & litterarum ſcientiæ, & cognitio, quæ continētur in c. cum in cunctis. de elect. quibus etiam additur ex Abbate in eo capite, quod ſit ex legitimo matrimonio natus. Inquit igitur D. Paul. ꝙ oportet epiſcopum eſſe irrepræhenſibilem corpore integrum, fama candidum, probum, iuſtū, hoſpitalem, religioſum, manſuetum, benignum, ſobriū, & cætera, quæ leguntur in 1. epiſt. ad Timoth. c. 3. & ad Titum c. 1. vbi etiam ait oportere epiſcopum eſſe Doctorem, ideo in 6. Conc. generali dr̄, eum, qui eſt ad epiſcopatum promouendus, noſſe debere omnem D. Scripturam, vnde cum quis ordinatur, aut creatur epiſcopus, interrogatur, an ſciat teſtamentum vetus, & nouum, & ipſe reſpondet ſe ſcire. Et Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 2. loquendo de ſcientia, quæ requiritur in epiſcopo, ait; ſcientia uerò eiuſmodi polleat, ut muneris ſibi iniungendi neceſſitati poſſit ſatisfacere, ideoq. antea in uniuerſitate ſtudiorum Magiſter, ſiue Doctor, aut licentiatus in S. Theolog. uel iure Canonico meritò ſit promotus, aut publico alicuius Academiæ teſtimonio idoneus ad alios docēdos oſtēdatur. Quod ſi regularis fuerit, à ſuperiorib. ſuæ religionis

Qui eligitur in Epm, dēt eſſe in ſacris conſtitutum.

Timot. c. 3. & Tit. c. 1.

Conditiones Epi eligendi.

Quis præferēdus ſit ad epiſcopatū, Theologos, an Canoniſtæ.

ſimilem fidem habeat. Sed oritur controuerſia quædam inter Theologos, & iuris Pontificii Doctores, quiſnā ad epiſcopatum ſit præferendus, an Theologus, uel iuris Canonici Doctor? Multi Canoniſtæ aſſerunt, ꝙ ſi in regionibus hæreticorum, ubi ſunt confutandæ hæreſes, & conuincendi hæretici, & confirmanda dogmata fidei, eligātur epiſcopi, Theologos eſſe digniores, ſimiliter in regionibus paganorum, ubi Chriſti Euangelium eſt annunciandum, & promulgandum, Theologos eſſe præferendos, & ideo ab initio eccleſiæ, & per aliqua ſecula Theologi meritò præficiebantur eccleſiis; hiſcè aũt tpibus in locis, vbi non ſunt hæretici, nec pagani, iuris Canonici Doctor eſt præferendus Theologo, quia ad ſedandas lites, ad cauſas pertractandas, ad diſſidia tollenda, ad negotia peragenda iuris Canonici ſcientia eſt aptior, & utilior, iura. n. maximè ſũt neceſſaria ad optimam Reipublicæ adminiſtrationē. Theologi uerò, ut Caiet. 22. q. 18. art. 3. Maior. in 4. d. 24. q. 10. Sot. lib. 4. de iuſt. q. 6. ar. 2. & alij, contendunt Theologum eſſe ſimpliciter prçferendum iuriſconſulto, & ratio eſt, quia munus epiſcopi eſt paſcere populum ſibi commiſſum prædicatione diuini uerbi, ut inquit Conc. Trid ſeſſ. 5. c. 2. & ſeſſ. 24. c. 4. Et in ipſo Conc. ſeſſ. 22. c. 2. dr̃ eligendum in epiſcopũ debere eſſe Doctorem, ſeu licentiatum in Sac. Theolog. aut in iure Canonico, ubi primò ponitur Sac. Theolog. dein de ius Canonicum, ergo vr̃ Theologum eſſe ſimpliciter præferendum ſi cætera ſint paria. Similiter quando ordinatur episcopus interrogatur, an ſciat vtrumq. teſtm̃ .ſ. vetus, & nouum; ex quo quidem magnum ſumit̃ argumentum ad corroborandam opinionem Theologorum.

Quæ ætas requiratur in Epiſcopo.

Aetas verò, quæ requiritur in eo, qui eligendus eſt in epiſcopum, eſt ætas triginta annorum. de elec. c. cum in cunctis. qui annus trigeſimus debet eſſet cõpletus, alioquin

electio

alectio eſt irrita;& rō eſt,quia qñ quis eligitur dēt eſſe eb oī vinculo Canonico ſolutus & liber, ius aūt Canonicum impedit,ne quis in epiſcopum eligatur,niſi annū 30.expleuerit.poteſt tñ ante dictam ætatem quis poſtulari epiſcopus,non uerò eligi,quia cum poſtulatur, petitur à Rom.pont.vt poſtulatum admittere uelit, & illum ſoluat à Canonico impedimento,quo ſolutus poſſit creari epſ,pōt.n.Rom.Pont.à iure canonico eximere quemcunq.uoluerit.ſed ſi eligentes ſciēter eligerent indignū, & ineptū,qua pęna puniunt? Dico eos eſſe priuatos non ſolū iure,& ptāte tūc eligēdi,ita ut eligere epm nequeāt, ſed ēt incurrere in pœnā ſuſpēſionis à ſuis beneficiis per triennium,ut conſtat de elect. c. cum in cunctis.c.cū lintonenſis.& c.per inquiſitionē. & tunc poteſtas eligendi epm deuoluitur ad Rom. Pont. c.quamquam.de elect. in 6. Porrò electus Epiſcopus,& nondū confirmatus nō poteſt adminiſtrare,ea quę ſunt iuriſdictionis,c. Qualiter,& c.Quod ſicut de elect.& c. Auaritiæ.de elect.in 6. ratio autem, quare iura prohibuerūt, ne Epiſcopus adminiſtret ante confirmationem ſuę electionis, fuit,quia electio fit à Canonicorū collegio,Canonici verò nō poſſunt conferre iuriſdictionē. vel dicamus cū Gloſ. in dicto c.Auaritiæ.quia Epiſcopi electi non peterent confirmationem à Superiori. Item ſi cōtingeret,vt electio eſſet improbanda,& irrita habenda, difficilè Epiſcopi remouerentur ab incæpta muneris functione.Et quod diximus de Epiſcopo electo, dicendum eſt de Epiſcopo à Patrono nominato,deſignato, & oblato, ipſe enim donec inſtitutionē canonicam obtineat,nullā habet iuriſdictionē,quia Patronus eam dare non poteſt. Quòd ſi Epiſcopus electus à Canonicis, vel à Patrono deſignatus,& oblatus,ante confirmationē,& inſtitutionē ſuam adminiſtraret ea, quæ ſunt iuriſdictionis,ipſo facto am-

Eligentes epm indignū, qua pœna puniantur.

Eps electus nō pōt exercere iuriſdictionē.

mit-

mitteret ius electionis, vt cõſtat ex c. Auaritiæ. de elect. in 6. Immo fit prorſus inhabilis nõ ſolũ ad eundem, ſed & ad alium Epiſcopatum, vt ait Abbas in c. Qualiter de elect. nu. 8. vnde quantũ ad hoc videt̃ contrahere irregularitatẽ. Tenẽtur aũt Canonici poſt electionẽ factã, illã denunciare Epiſcopo electo intra octo dies, ſic enim ſancitum fuit in c. Cupientes. de elect. in 6. vbi dr̃; Electores intra octo dies, poſtquã commodè poterunt, debent de electione electũ Epiſcopum certiorẽ facere; qđ ſi neglexerint, ſiue diſtulerint, qui in culpa fuerint, ab electionis proſecutione pęnitus ſint excluſi. Porrò electus, & ipſe intra menſem cõputandum à tpe electionis ſibi nunciatę, debet conſenſum præſtare, vt fuit decretũ in c. Quam ſit. de elect. in 6. Quòd ſi diſtulerit, ius, ſi qđ ex electione q̃ſierat, ammittat; niſi fortè ea ſit electi cõditio, ut electioni ſuæ, abſq; Superioris conſenſu ex prohibitione, ſeu quauis prouiſione ſedis Apoſtolicæ conſentire non poſſit. Quo caſu idẽ electus, uel electores ipſius conſentiendi licentiã, ab eius ſuperiore, cum ea celeritate, quã ſuperioris ipſius præſentia, uel abſentia ꝑmiſerit, petere ſtudeant, & habere. Alioqui ſi lapſo tpe, pro eiuſdem ſuperioris præſentia, uel abſentia moderãdo, hmõi licentiam eos nequaquã obtinere contingat, electores ex tunc ad electionẽ aliam procedendi, liberã habeant facultatem. hæc in dicto c. Quam ſit. Si autem electus recuſat, aut poſtquam conſenſum præbuit, ſe ſe iure ſuo abdicat, aut Epiſcopatum oblatũ repudiat, aut poſt conſenſum præſtitum ſtatim moriatur, tunc faciendum eſt, quod ſancitum fuit in c. ſi electio. de elect. in 6. vbi ſic habetur; ſi electio ex eo non ſortiatur effectum, quia electus conſentire recuſat, vel poſt conſenſum renunciat iuri ſuo, aut fortè diem claudit extremum, ſeu propter occultum eius vitium irritatur, electores qui iã

Ep̃o electo debet denunciari electio intra octo dies.

Electus debet præbere conſenſum intra menſem.

fece-

fecerant, quod ſpectabat ad ipſos, intra iuris terminum eligẽdo, habebunt à diſſenſu, renunciatione, morte, vel irritatione prædictis, ac ſi vacatio noua eſſet, tẽpus integrum ad electionem aliam celebrãdam, dummodo nihil fraudulenter egerint in præmiſſis. Locus autem, in quo debet fieri hmõi electio Epiſcopi eſt Eccleſia Cathedralis, ut notant Io: Andreas, Panormitanus, & alij in c. Quod ſicut. de elect. & colligitur ex c. Cum terra. & c. Cum ſicut. de elect. & Gloſ. in diſt. 23. c. In nomine Dñi putat electionẽ nõ ualere, ſi abſq; legitima cauſa fiat extra ambitũ Eccleſię Cathedralis; valere autem ſi fiat in quolibet loco commodo intra Eccleſiã Cathedralem, ſiue in choro, ſiue in capitulo. Conueniunt tñ oẽs in c. Cum terra. & c. Quod ſicut. de elect. locum electionis poſſe mutari, ſi iuſta, & legitima cauſa adſit; & Epiſcopum poſſe eligi extra eccleſiam cathedralẽ in loco, in quem Canonici commodè cõuenire queunt. diſt. 15 c. Quanto. & diſt. 23. c. In noĩe Dñi. Et notãdũ eſt, ꝙ Epiſcopus poteſt creari trib. modis, uel electione Canonicorum, uel pręſentatione à Patrono, uel ſimpliciter per collationẽ, his tñ modis, ſemper Romanus Põtifex præficit Epiſcopos in eccleſijs totius Orbis, nam ſi quis eligitur à Collegio canonicorum, non habet tñ dignitatem Epiſcopalem, niſi electio illa confirmetur à ſummo Pontifice. ſimiliter ſi quis nominetur à Patrono, & præſentetĩ Romano Pontifici, non conſequitĩ epiſcopalẽ dignitatẽ, niſi repertus fuerit idoneus, & inſtitutus ab ipſo Romano Pontifice. tãdem ille creatur epiſcopus, cui à Romano Pontifice ſimpliciter confertur epiſcopatus, quamuis non præcedat Canonicorum electio, uel à Patrono præſentatio. Ad Romanum ergo Pontificẽ, quatenus eſt Chriſti Vicarius, & ab ipſo Dño inſtitutus Paſtor, & Rector totius eccleſiæ, iure ꝑtinet epiſcopos creare,

Locus electionis epiſcopus.

Tribus modis põt cre ari ẽps.

Creare Ẽpos pertinet ad Roman. pont.

re,& illos eccleſijs præficere,uel confirmando,uel inſtituendo, uel ſimpliciter eis eccleſias conferendo. vnde ſciendum eſt ẽt,ꝙ illa collatio, qua Romanus Pontifex epiſcopum creat ſine electione à Collegio Canonicorũ, aut deſignatione, ſiue præſentatione facta à Patrono, habet vim electionis,nominationis,deſignationis, præſentationis, inſtitutionis, & confirmationis, & ideo epiſcopus à Romano Pontifice promotus ad epiſcopalẽ dignitatem, oĩa illa poteſt, ꝙ poteſt epiſcopus poſt electionem confirmatus,uel poſt nominationẽ, & deſignationẽ canonicè inſtitutus. Quid aũt poſſit epiſcopus cõfirmatus,nondum tñ conſecratus, dicunt cõiter omnes Doctores,ꝙ põt ea, quæ ſunt iuriſdictionis, non autem ea,q̃ ſunt Ordinis;quare poterit excõicare, ſuſpendere, interdicere,viſitare,corrigere,punire, ſynodum conuocare,beneficia conferre,eccleſias minores coniungere, annectere,& diuidere,voti,& iuſiurandi vincula ſoluere, conſtitutiones facere, cauſas audire, & cognoſcere quorumdam peccatorũ abſolutiones ſibi reſeruare: apertè.n.conſtat ex multis capitib. de elect.nempè ex c. Tranſmiſſum.& c.Noſti.& c.Qualiter. & c.Nihil eſt.ꝙ epiſcopus,qũ eſt canonicè cõfirmatus,acquirit poteſtatem iuriſdictionis,non aũt Ordinis; quamuis ẽt,ut inq̃t Panormitanus in c. Inter corporalia.de Transl. nõdum ſit ſacerdos. Verum & ſi episcopus confirmatus, & nondum conſecratus,non hẽat poteſtatem ordinis,põt tñ cõmittere alteri epiſcopo conſecrato,ut in ſua diæceſi exerceat ea,quæ ſunt ordinis.ſ.ut clericos ſuos ad ſacros ordines promoueat,chriſma conficiat,pueros baptizatos cõfirmet,templa,altaria,& uaſa conſecret;ut colligitur ex c.ſuffraganeis.de elect:nec ualet id,ꝙ dr̃ in cap.pro suo. de reg. iur.in 6. Quod noſtro noĩe non licet, nec alieno licebit.& qui per alium facit per ſeipsum facere vr̃,nam

Quid poſſit ẽps confirmatus nõ aũt cõſecratus.

quando

qñ eps confirmatus,& nondum conſecratus committit alio epiſcopo conſecrato, vt clericis ſuis conferat ſacros ordines,non dat illi poteſtatem ordinis,ſed ſolum dat ei facultatem conſecrandi ſuos clericos,quos antea iure im pediebatur,vt non poſſet conſecrare; & illos conſecrat non poteſtate ordinis accepta ab epiſcopo non conſecra to,ſed ea,quam ipſe per ſuam conſecrationem adeptus eſt.Sicut videmus, ꝙ Collegiũ Canonicorũ mortuo ſuo Præſule,poteſt alteri epõ committere,vt clericos conſe-cret c.cum nullus.de temp.ord.in 6.& tñ iuris eſt Collegium non poſſe clericos ordinare.Similiter epiſcopus cõ firmatus,& nondum conſecratus,etiam ante adeptũ ſa-cerdotium põt dare indulgentias,ſic docet D.Th.in 4. diſt.20.art.3.& q.4.ar.2.& rõ eſt,quia cõcedere Indulgentias non eſt poteſtas ordinis,ſed iuriſdictionis, & ibi nullum confertur ſacrũ,ſed ex theſauro Eccleſiæ, qui conſtat ex meritis D.N.Ieſu Chriſti,& ſanctorum impar tiuntur nobis bona, quibus pœnæ peccatorum remittun-tur. Debet aũt Epiſcopus electus petere confirmationẽ à ſuperiore,nempe à Rom.pont.intra ſpatiũ trium men ſium,vt hr̃ ex c.Quam ſit.de elect.in 6.vbi dr̃. cæterum quiuis electus intra tres menſes poſt conſenſum electioni de ſe celebratæ præſtitum,confirmationem electionis ipſius petere non ommittat. Poſt confirmationem verò debet conſecrari, ita vt conſecratio fiat intra tres mẽſes à die electionis iuxta Conc.Chalcedonen.relatũ d.75. Qm̃ quidam.niſi legitimũ ſubſit impedimentũ.Et Cõc. Trid.ſeſſ.23.c.2.de reform.decreuit hoc modo:Eccleſijs cathedralibus,ſeu ſuperioribus quocunq.noĩe, ac titulo præfecti,ẽt ſi S.Eccl.R.Card.ſint,ſi munus conſecrationis intra tres menſes non ſuſceperint,ad fructuum perceptorum reſtitutionem teneantur, ſi intra totidẽ menſes poſtea id facere neglexerint, Eccleſiis ipſo iure ſint priua

De conſecrat. Epiſcopi.

ti. Cui conſecrationi tres debent intereſſe Epiſcopi, Ab Apoſtolis.n.& iure cõi conſtitutum eſt, vt eps̃ à tribus epiſcopis conſecretur, d.66.c.porrò.ex Anacleto.nam B. Iacobus Apoſt.cognomento iuſtus, à Petro, Ioanne, & altero Iacobo Apoſtolis ordinatus eſt: qua in re ſuis ſucceſſoribus formulam dederunt, vt non niſi à tribus Epis, Eps ordinetur.ut in c.nec Epiſcopi.de temp.ordi. Verũ eſt tñ, ꝙ D.Paul.& alij Apoſt.multis in locis crearunt Epiſcopos, & nullus tũc aderat alius epiſcopus, nec eſt mirum, quia epiſcopum conſecrari à tribus episcopis, non eſt iuris diuini, ſed tantum Apoſt. Conſtitut. & iuris poſitiui, ideo ante hoc ius vnuſquiſq. Apoſtolorum per ſe poterat epiſcopos creare, & cõſecrare. Celebratur autem conſecratio Epiſcopi iuxta Canones, & iura hoc pacto: Die Dominica hora tertia congregatis Epiſcopis in Eccleſia fit res diuina; Duo epiſcopi ſupra caput eius, qui conſecratur, Euangelij codicem tenent, d.23.c. qui Eps̃. & d.75.c.ordinationes Eporum. Manus imponunt, & vnus ſuper eodem benedictionis munus fundit. d.23. c. epiſcopus. Cæteri, qui adſunt, caput eius ſuis manibus tangunt, & illud vnà cum manibus ſacro chriſmate inungunt c. 1.de ſacra vnctione. Quibus peractis, epiſcopus conſecratus, Eccl. Rom.& eius Pontificibus fidelẽ ſe eſſe futurum iureiurãdo promittit, iuxta formulam contentã in c.ego.de iureiur.& c.ſignificaſti.de elect. Per conſecrationem igitur accipit epiſcopus poteſtatẽ ordinis, per quã põt conferre ſacrm̃ cõfirmationis, conficere chriſma ſacrare oleum infirmorum, creare clericos, conſecrare Virgines, item tẽpla, altaria, vaſa, & veſtes, clericos è gradu deiicere, quæ oĩa habentur d.68.c.quãuis. Hæc autẽ, quæ ſunt poteſtatis ordinis in epiſcopo, differũnt, nam quædam conueniunt epiſcopo iure diuino, quædã uerò poſitiuo; iuris diuini ſunt, chriſma conficere, oleum infir

Quõ celebretur conſecratio Epiſcopi.

morum

morum ſacrare,confirmationis ſacr̄m conferre, clericos creare,ſacerdotes,& epiſcopos conſecrare.Eccleſias aũt, altaria,vaſa,veſtes,& virgines conſecrare ſunt iuris Canonici,& poſitiui. Contendunt iuris Canonici Doctores,& Theologi,an ſi conſecretur Epiſcopus,qui nondũ ſit ſacerdos,ſuſcipiat epiſcopalem poteſtatẽ? Canoniſtæ cõi conſenſu affirmant,& ratio eorum eſt,quia ſicut ille, qui ante Diaconatum acceptum,conſecratur ſacerdos, verè ſit ſacerdos,& ſacerdotis poteſtatem conſequitur; ſic ẽt qui conſecratur epiſcopus,quamuis nondum ſit ſacerdos,conſequitur ptãtem Pontificiam.Theologi verò oẽs cõiter negant eũ poſſe fieri epm̃, qui non ſit prius in ſacerdotio conſtitutus,& rõ ipſorũ eſt, qa cũ ep̃s ſit ſacerdos pfectus,& magnus,ſequitur ẽt quod ſit ſacerdos,ſicut enim non poteſt eſſe magnus, & vehemens,calor, quin ſit calor, ita ẽt non poteſt eſſe ſacerdos magnus, quin ſit ſacerdos. Qñ aũt ep̃s exiſtẽs in aliquo peccato mortali conſecratur,dicunt aliq,ꝙ mortaliter peccat,dudi hac rõne,quia p'cõſecrationẽ ſuſcipit ptãtem ordinis, q̃ eſt facultas quædã ſacr̃a conferendi,cum ergo accipit cõſecrationẽ in pc̃tõ mortali,facit cõtra ſanctitatẽ ſacr̃o debitã,indignè.n.ſuſcipit poteſtatẽ ſpiritualẽ miniſtrãdi ſacr̃a, nec ualet,ꝙ ep̃s per cõſecrationẽ nullũ ſacr̃m,nullumq.characterem ſuſcipiat,ſed tantùm quandam ordinis poteſtatem conſequatur,nam quamuis per conſecrationem epiſcopi character non imprimatur,datur tñ ordinis poteſtas,qua epiſcopus ſit aptus,& idoneus, ac pinde dignus miniſter ad quædã ſacramenta miniſtrãda. Habet igitur epiſcopus confirmatus,&conſecratus poteſtatem ordinis,& iuriſdictionis,quę pertinent ad poteſtatem ordinis,paulò ſuperius narrauimus,quæ uerò ptinent ad poteſtatem iurisdictionis continentur in cap. conquerente.de off.iud.ord.vbi ſic dicitur: Epiſcopus

An poſſit eſſe Epiſcopus, qui nõ ſit ſacerdos

in

De iuriſdict. o- ac epiſcopi.

in eccleſiis ſuæ diçceſis habet canonicam obedientiam, ſubiectionem, reuerentiã, inſtitutionem, deſtitutionem, correctionem, reformationem, ac cẽſuram eccleſiaſticã, iuriſdictionem quoq. cauſarum oĩum ad forum eccleſiaſticum iure ſpectantium, pçnitentiæ. ſ. ſolemnis impoſitionem, & ſacramentorum oĩum, quæ ab epiſcopo ſunt recipienda, collationem, ſynodum, & ſynodatici, ſeu cathedratici noĩe duos ſolidos, quartam decimarum, & mortuariorum, viſitationem quoq. annuã. Quæ uerba explicat Panorm. dicens: Iura epiſcopalia multa ſunt, q̃bus Eccleſiæ diæceſis ſuo epiſcopo obligantur: nã ei primò debent canonicam obedientiam, qua eum agnoſcãt, & adeant, ut iudicem. Secundò debent obſequium, & cultum, quo eum colant, & uenerentur, ut dñm. Tertiò reuerentiam, tanquam patri, & magiſtro. Quartò Epus in oĩbus ſuæ diæceſis eccleſiis habet ius inſtituendi clericos à patrono noĩatos, & confirmãdi electos à Collegio Canonicorum, vel clericorum, & conferendi beneficia ſimplicia, & parochialia, & alia Rom. pont. non reſeruata, & priuãdi clericos beneficijs ob crimina, è gradu deijciendi, à ſacris, & piorum ſocietate amouendi. Habet itẽ ius emendandi, & corrigendi, quæ contra Canones, conſtitutiones, & iura fiũt, & ad ius priſtinũ reuocãdi, & quotannis Clericos ad ſynodum conuocandi. Iure pariter communi quælibet Eccleſia parochialis ex decimis oĩbus, quæ ipſi ſoluunt̃, dẽt epiſcopo quartã partem; item ex oĩbus, quæ pro funere offeruntur, quartam etiam partem, quæ dicit̃ quarta funeralis. Prçterea poteſt Epiſcopus petere ſubſidium ex cauſa manifeſta, & iuſta, vt puta, quia Epiſcopatus multorũ debitorum onere prematur, aut tenues habeat redditus, qui non ſufficiunt ad Epiſcopum commode ſuſtentandum, vel quia Epiſcopus ſit profecturus ad Cõcilium, vel ad Regem aliquẽ,

vel

Digitized by Google

vel Principem,ad cōia negotia gerenda,& hoc appellatur ſubſidium charitatis Item quia quotannis debet eccleſias viſitare,ab eis poteſt exigere impenſas, habita ratione facultatum ad ipſas eccleſias pertinentium. Hæc oīa colliguntur ex ſupradicto c.conquerente. Pōt etiam Epiſcopus ſynodum conuocare,& cōſtitutiones condere,ut in c.de Concilijs,& c.propter eccleſiaſticas, q.18. itē dies feſtos inſtituere,ut in c.de jis.d.13.& in Conc. Trid.ſeſſ.25.c.12.de Regular.poteſt ſibi reſeruare certa genera peccatorum,à quibus ipſe ſolus abſoluat.pōt ēt iuris rigorem certis in cauſis laxare,ea impedimēta,quę matrimonium impediunt,non tñ dirimunt remouere,& facultatem concedere,ut matrimonium contrahāt ſine publicis in Eccleſia denunciationibus,ut in Conc.Trid. ſeſſ.24.c.1.de refor.matr. Item Eps confert beneficia ſimplicia,quæ ſita ſunt in eccleſiis ſuæ diœceſis, etiam ſi extra territorium commoratur. Clerico,qui habet vnum beneficium,poteſt alterum dare,ſi aſſiduam clerici præſentiam in Eccleſia non requirat,uel non ſit in eadē Eccleſia,& neutrum ſit ſufficiens ad honeſtè clericum ſuſtentādum. Item admittit, & approbat permutationes, & reſignationes beneficiorum ſimplicium multis ex cauſis. Eccleſię,& beneficio imponit nouū onus,facit tranſactionem inter beneficiarios litigantes;diuidit beneficia habentia pingues redditus,& copulat,coniungit, & vnit ea,quæ tenues habent redditus. Cœnobio Monachorum,aut Seminario pauperū adoleſcentum, aut Collegio clericorum annectit etiam in perpetuum beneficia ſimplicia;Clericos,quos ſibi patronus offert,examinat, idoneosq.ac dignos inſtituit,ꝙ ſi patronus indignum nominet,deſignet,& offerat,excludit,& reijcit, certo elapſo tpe per deuolutionem beneficiū confert,abſoluit à ſuſpenſionibus,& irregularitatibus ēt Rom.Pont.reſeruatis,

tis, ſi contractæ ſint ex delicto occulto, nec ſint ad forũ exterius delatæ, præterquã ex homicidio voluntario. Poteſt ẽt eos, qui non ſunt ex legitimo matrimonio nati, reddere idoneos, & habiles ad ordines minores, & ad beneficia ſimplicia. Poteſt ẽt cum iuſta ſubeſt cauſa, relaxare, & permutare oĩa vota, præter quinq. in quibus ſolus Papa diſpenſat, quæ ſunt, uotum caſtitatis perpetuæ, uotum ſimplex ingrediendi Religionem, uotum peregrinandi in Terram S. uel peregrinandi ad limina Apoſtolorum Petri, & Pauli, uel peregrinãdi ad templum S. Iacobi in Compoſtella. Item poteſt relaxare, uel commutare iuſiurandum promiſſorium, ſi iuſta ſubſiſtit cauſa. Ex Conc. Trid. multa conceduntur epiſcopis in Monachos, uel Religioſos, & in eorũ monaſteria, & Eccleſias; vnde poteſt eps cõpellere Religioſos, ut in ſuis eccleſiis ſeruent interdicta, & cenſuras ab eo latas, dies quoq. feſtos, & ut ad publicas ſupplicationes, niſi in hoc ſint ſpecialiter exempti, ob cõem ſalutem, & utilitatem indictas vocati conueniãt, Cõc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 12. de regular. Examinat, & approbat Confeſſarios, & Prædicatores à Religioſorum ſuperioribus electos, & ſibi oblatos. Cõc. Trid. ſeſſ. 23. c. 15. & ſeſſ. 5. c. 2. de refor. Viſitat Religioſorum capellas, vel Eccleſias populi curam habentes, Cõc. ſeſſ. 25. c. 8. de refor. Religioſus extra clauſtra notoriẽ, & cum aliorum offenſione delinquẽs, à ſuo Superiore intra tempus ei ab Epiſcopo præfixum non punitus, põt epiſcopi auctoritate puniri, ſeſſ. 25. c. 14. de regular. Item ut delegatus Rom. Pont. põt Abbatib. negligentibus compellere monaſteria, ut aliquem habeant, qui Sacras Scripturas interpretetur, & doceat, ſeſſ. 5. c. 1. item ut eccleſijs ſuis Parochialibus prouideant. ſeſſ. 5. c. 2. itẽ comendata monaſteria, Abbatias, Prioratus, & Prapoſituras, in quib. Religioſa obſeruantia, & diſciplina nõ uiget

Quid poſſit eps in Religioſos, & eorum Eccl.

uiget

uiger, nec non beneficia tàm cum cura, quàm ſine cura qualitercunq. comendata, uiſitare quotannis pōt, ſuaq. auctoritate inſtaurare, reficere, & curare, ſeſſ. 21. c. 8. itē Monaſteria Sanctimonialium Sedi Apoſtolicæ proximè ſubiecta etiam ſub nomine S. Petri, uel S. Io. Capitulorum, uel aliàs qūocunq. nuncupentur, tanquam Delegatus gubernare pōt. ſeſſ. 25. c. 9. Multa alia quoq. ad epiſcopalem iuriſdictionem pertinent, quæ diffuſius ab Azorio tractata fuerūt in 2. p. lib. 3. Vgol. in tr. de pot. epiſ. & Homob. in Cōm. de hom. uit. ſta. p. 1. c. 6. nos autem breuius hæc dixiſſe ſit ſatis.

De Epiſcoporum reſidentia, & eorum oneribus. Tractatus Sextus decimus.

MAximum certè onus ſubire illos, qui ordinantur Epiſcopi, nullus eſt, qui ignoret, qui. n. Epiſcopi fiunt ſpeculatores illicò efficiūtur, ad eos namq. maximè pertinere vī ſpeculari, atq. proſpicere vitam, mores, oēs deniq. ſubditorum ſuorum actiones, quorū sūt reddituri rōnem in die aduentus Dñi, qui ſanguinē populi ſui requiret de manibus ipſorum; qui quidem cum nomen inſigne habeant in Dei Opt. Max. Eccleſia militant, ita ſe gerere debent ſemper, & vbiq. vt tanto noīe indignos nō ſe reddāt. Nihil ſublimius ēpis reperitur, inquit ſanctiſs. Doctor Ambroſius, vt cum dignitatem epiſcopatus ēporum oculis demōſtremus, dignè noſcamus quod ſumus, & quod ſumus profeſſione, actione potius, quàm noīe demonſtremus, vt nomen cōgruat actioni, & actio reſpōdeat nomini, ne ſit nomen inane, & crimen immane; ne ſit honor ſublimis, & vita deformis; ne ſit deifica profeſſio, & illicita actio; ne ſit religioſus amictus, & irreligioſus prouectus; ne ſit gradus excelſus, & deformis exceſ-

Epiſcopi ſunt ſpeculatores.

D. Ambroſ. lib. de ſacerd. dignit. c. 5.

Digitized by Google

ſus;ne habeatur in Eccleſia cathedra ſublimior, & conſcientia ſit humilior,ne locutionem ſimulemus columbinam,& mentem babeamus caninam;ne profeſſionem monſtremus ouinam,& ferocitatem habeamus lupinã, ne dignè nobis per Prophetam reſpondeatur à Dño populus hic labijs me honorat,cor aũt corũ lõgè eſt à me. Ergo fratres,ſicut Senatorem Clamys ornat, ſicut agricultura ruſticum,ſicut barbarum arma,ſicut nautam nauigationis peritia,& ſingulos quoſq. opifices operis ſui qualitas ipſos demonſtrat auctores; ſic Epiſcopum non aliud niſi epiſcopalia opera deſignant, vt ex bono opere magis,quàm profeſſione noſcat plus eſſe Epiſcopus,quã quod noĩe vocitetur. quia ſicut nihil eſſe diximus Epõ excellentius,ſic nihil eſt miſerabilius,ſi de S. vita Eps periclitetur. Quæ quidem tanti viri verba, ſi diligentiſſimè perpendere voluerint, norint omnes noĩe ſuum oneris potius,quàm eſſe honoris,atq.intelligent Epiſcopi noĩe illos non eſſe dignos,qui relicta propria ſponſa ſua.ſ.Eccleſia,ſuiſq.relictis ouibus ſub mercenariorũm cuſtodia, omniumq.tandem ſuorum ſubditorum cura relicta, in aliorũ diœceſibus vitam,uel in delicijs, uel in mundanis curis tranſigerint. Hi qũo vitam, moreſq.ſubditorum ſuorum ſpeculabuntur?qũo greges ſuos verbo, & exemplo paſcent?qũo lupos à caulis ouium ſuarum arcebunt? qũo ouium ſuarum meditabuntur languoribus? Hos ſanè ſcire non volo,qui abſq.ulla legitima cauſa non reſident in ſuis eccleſiis,& nihilominus fructus, redditus, oẽſq. prouentus percipere uolunt,non eſſe ſpeculatores, ſed gregis Ieſu Chriſti proditores, dicam ne, an potius lupi rapaces?Renuunt.n.onera,& recipiunt Eccleſiarum prouentus,ac munera;fugiunt labores,& gaudent honores;at nullibi ferendi ſunt,qui lucrũ ſequuntur,& uolunt, onus uerò illi annexum renuunt. Cum igitur epiſcopi

Nomen Epĩ eſt potius oneris, quàm honoris.

alijs

aliis pręſint,eorum curam gerere debent,diligentiſſimè, ſunt namq. Paſtores.& ideo debent ſemper uigilare ſuper greges ſibi commiſſos,& cum curam habeăt animarum,quas Dñs Ieſus Chriſtus ſanguine ſuo emere,ac redimere uoluit,debet ſatagere ne pereant,ſed ut Dei ope ſaluentur.Quæ quidem cuncta qũo poterunt adimplere Epiſcopi illi,qui ab eorum Eccleſiis ferè cõtinuò abſũt, raròq.illas uiſitant?ſed ſicut Epiſcopatũ deſiderarunt, & bonum quidem opus deſiderat,inquit Apoſtolus,qui epiſcopatum deſiderat,ſic ep̃atus onera continuò portare tenentur,quia redditibus quoq.epiſcopatus aluntur; ſed cum eiuſmodi fructibus uelint ali,nutriăt & ipſi,atq. paſcant oues,& greges Chriſti,nec vnquam deſeiăt, nec negligant officium paſtoris,ſciantq.tria eſſe in epiſcopatus officio maximè conſideranda; Quorum primum eſt epiſcopalis operatio,per quam ſaluti proximorum intenditur;ſecũdum eſt gradus celſitudo, & ſublimitas dignitatis,qua oĩs Ep̃s ſuper alios ſublimatur;tertium uerò eſt honor,& reuerentia,quæ illis ab oĩbus ſemper, & ubiq. debetur,qui namq.benè præſunt duplici honore digni hñr.Sed appetere epiſcopatum ob gradus celſitudinem non eſt bonum,ſed vitioſum,ac præſuntuoſum,cum ſolũ Principes gentium primatum appetant, ut dominentur illis.qui ergo epiſcopatus gradum deſiderant,exoptent illum,ut aliis prodeſſe poſſint,& curam ſibi commiſſi gregis ſuſtineanr,tenentur.n.omnes ep̃i ex diuini iuris prę cepto curã hr̃e aĩarum ſibi cõmiſſarum,& reſidere cũ reſidẽtia maximè ſit neceſſaria ad gubernãdũ grẽgem Dñi, & ad paſcendas oues Chriſti,qui conſtituit B.Petrũ principem,ac paſtorem vniuerſalem ſui ouilis,totiuſq. Eccleſiæ ſuæ ſanctæ,dixit illi,Paſce oues meas.Animaduerte, quod non dixit Dñs Petro,fac, vt oues meæ paſcantur ab aliis,ſed dixit,paſce tu per te ipſum oues meas,non ꝑ

Tria ſunt in Epiſcopatu maximè conſideranda,

Rationes quib; tenẽtur epiſcopi reſidere.

habebũt Epi,qui nullã legitimã habentes cãm,relinquũt oues ſibi cõmiſsas in mercenariorum manibus,p p q̃ uenit lupus ille rapax, hoſtis generis humani, & rapit eas, mactat,atq.diſperdit, illis fugiẽtibus? Epi, qui dñici gregis curã ſuſcipiunt,ab adminiſtratione eorũ diſcedere nõ dẽnt,ut accepti talenti pulchritudo non deleatur,ſed certamẽ eorũ ſalubriter augeatur,& tripliciter fructus,ſicut & fructus Apoſtolorũ,quorum loco ſucceſsere Epiſcopi in S. Dei Eccleſia:Patres.n.miſſi ſunt Apoſtoli, filii ſunt nati,atq.conſtituti Epiſcopi eccleſia namq. Apoſtolos appellat patres,illa genuit Epiſcopos,atq.conſtituit in ſedibus patrum,& ideo non ſe putat deſertam eo, quia non uidet,Petrum,nec Paulum, per quos nata eſt, q̃m ex ipſis,aliiſq.Apoſtolis ipſa ſibi genuit epiſcopos, quos ponit paſtores regere dñicos greges, & debent habere ſanctitatem uitæ,curæ poteſtatẽ,& utilitatẽ afferre,quoniam ſunt Apoſtolorum filii,quorum præcepta,& opera imitari tenentur,nã maximè periculoſum eſt ſtare in loco Petri,& Pauli,& cathedrã Chriſti tenere in S. Dei eccleſia,& Chriſti,nec ſequi ueſtigia,nec imitari opera ſanctorum filii non ſunt illi,qui eorum tenẽt loca, ſed qui eorum imitantur opera.hr̃ 2.q.7.c.non oẽs.Non oẽs epiſcopi ſunt epiſcopi.ſ.merito,& re.Attẽde Petrum,ſed Iudam conſidera;Stephanum ſuſpice,Nicolaum reſpice: non facit eccleſiaſtica dignitas Chriſtianum; Cornelius Cẽturio adhuc ethnicus dono Spiritus S.mundatᷣ: Preſbyteros Daniel puer iudicat,infatuatum ſal ad nihilum prodeſt,niſi ut proiiciatur foras,& a porcis conculcetur, quid eſt autem ſal illud infatuatum, niſi Prælati mali, quid ſal non infatuatum,niſi Prælati boni,quorum uita, & doctrina ſana populi ſalubriter condiuntur ſicut.n.ſal omne condit cibum,nec eſt aliquod per ſe tã inſipidum, quod ſale conditum non demulceat guſtum, ita totius

mun-

[Margin notes:]
7.q.1.c.pontif.
11.q.1.c.reſid.
Epiſcopi ſunt apoſtolorũ filii
Prælati mali ſunt ſal infatuatum,boni verò ſal non infatuatum.

mundi,& propriæ Eccleſiæ condimẽtum eſt Epiſcopus, q̃ ſi fuerit infatuatus per hæreſim,quod Deus auertat,ſiue per venerem,aut ebrietatem,vel per aliquid huiuſmodi,à quo poterit condiri,cum ille oĩum aliorum conſtitutus ſit condimentum? Audi Reuerendiſs. Dom. Ep̃e,& diligenter perpende quæſo verba D. Ambroſij te alloquentis,& dicentis,ſi meruiſti ſalis poſſidere ſaporem, ut inſipientium poſſit arua condire,cur infatuatus tali vitio immundis te porcorum conculcandum pedibus præbuiſti,ita ut nec alios,nec te ipſum poſſis condire? Epiſcopi non reſidentes in eorum diæceſibus,nullam abſentiæ ſuæ cauſam legitimam habentes,ſunt eiuſmodi, quoniam propria,& eſſentialia Epiſcopi negligunt, ac paruipendunt,ob quod non legitimos Apoſtolorum filios arbitror eſse vocandos,cum nec eorum vitam, diligentiam,ſollicitudinem,opera, & exempla uideantur imitari,nec ueſtigia ſequi. Nõ.n. ſat eſt,ut epiſcopi ſciãt ſuos ſubditos eſse fideles,& catholicos,ſed neceſsarium eſt ẽt,ut ipſi ſalutis aĩarum curam per quã diligentiſſimè habeant,ſintq. ſemper,& vbiq. parati ad arcẽdos lupos, ad confirmandos debiles,& infirmos in fide, ad exthortandos omnes,ut piè,catholicè ſanctèq, uiuãt,ad docendum Ieſu Chriſti Euangelium, & ad contradicendum hæreticis,ſi qui adfuerint,& eorum falsam doctrinã confutandam,ne ſimplices ab ipſis contaminentur, confundantur,& conuertantur ad eorum dogmata falsa, eorum impios errores ſequendos in perniciem animarum ſuarum;quæ quidem cuncta qũo rectè efficere poterunt illi episcopi,qui reſidere nolunt in ſuis eccleſiis, ac diæceſibus? Et eos,qui reſidere nolunt,quomodo Patres eccleſiarum, & paſtores dominici gregis appellare poterimus? ſi episcopus eſt pater cur deſerit filios,orphanoſque relinquit? ſi ſponsus,cur ſponsam contemnit? ſi paſtor,

D. Ambroſ. De dignit. ſacerd. c. 6.

ſtor,cur oues non paſcit?cur à grege tantum abeſt? Si Apoſtolorum ſunt,vt reuera ſunt epiſcopi ſucceſsores, cur Apoſtoli Pauli mandata non ſeruant, qui præcipit eis,cæteriſq oĩbus,maximè Chriſti fidelibus, vt reddere debeãt oĩbus debita?ſed reddit nè debita populo ſibi commiſso Epiſcopus ille,q negligit reſidere in Eccleſia ſua?nequaquam.Norũt epiſcopi ſe teneri in eccleſiis ſuis reſidere,& easdem cum oĩ diligẽtia atq. ſollicitudine cuſtodire,ſubditos ſuos inſtruere, illis prudẽter inſeruire in his,quæ animarum ſaluti concernere uidentur,monita uitæ æternæ eis ſæpiſſimè dare,ſanamq. doctrinam eis prædicare,diebus oĩbus feſtiuis diuinis officijs intereſse;quæ quõ poterit adimplere ille Epiſcopus, qui reſidentiam abhorret?propriamq.Eccleſiam derelictam relinquit?Mandatum quondam fuit per Romanũ Pont.Gregorium Anthemio,ꝙ Pigmenium Alphicanæ ciuitatis epiſcopum in eccleſia ſua non reſidentem, ſed uagantem moneret,ut in ſua reſideret eccleſia, quod ſi facere monitus recuſaret, illum in monaſterio deponeret,& ipſi Gregorio ſignificaret.Ex quo clarè patet turpe eſse Epiſcopum non reſidere in ſua eccleſia, & eius curam deſerere, & ſuum hoſpitium longe ab eccleſia propria habere.

Rom.c.13.

7.q.1,mãdauit

Ne igitur peccato maximæ negligentię notenẽ Epiſcopi,ob quod mereãtur ab omnium iudice Chriſto Domino grauiter puniri,libenter in ſuis Eccleſijs reſideãt, ne Canones, & præcepta ſanctiſſima ſacroſanctæ Tridentinæ ſynodi contemnere videantur,adnotata in c.1. de Reformatione.ſeſſ.6.in quo hęc de Epiſcopis,alijsq. curam animarũ habentib. leguntur. Sacroſancta ſynodus oẽs Patriarchalibus, Metropolitanis, & Cathedralib. Eccleſijs quibuſcunq; quouis noĩe,ac titulo,præfectos monet,ac monitos eſſe vult, vt attendentes ſibi, &

Conc.Tri. ſeſſ. 6.c.1, de refor.

vni-

Act.1. Ioan.c.10 2.Tim.c.4

vniuerſo gregi, in quo Spūs ſanctus poſuit eos regere ecclesiam Dei, quā acquiſiuit ſanguine ſuo, vigilent, ſicut Apoſtolus pcipit, in oīb. laborent, & miniſterium ſuum impleant; implere autē illud ſe nequaquā poſſe ſciant, ſi greges ſibi cōmiſſos mercenariorum more deſerāt, atq; ouium ſuarū, quarum ſanguis de eorū eſt manib. à ſupremo iudice requirendus, cuſtodiæ minimè incūbant: cum certiſſimū ſit non admitti paſtoris excuſationem, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſcit. Et ideo placuit ſacroſanctę ſynodo antiquos Canones, qui tēporum, atq; hominum iniuria penè in deſuetudinē abierunt, aduerſus non reſidentes promulgatos innouare, quemadmodum virtute pſentis Decreti innouat, ac vlterius pro firmiori eorundē reſidentia, & reformādis in eccleſia moribus, in hunc, qui ſequitur, modū ſtatuere, atq; ſancire. Si quis à Patriarchali, Primatiali, Metropolitana, ſeu Cathedrali eccleſia, ſibi quocunque titulo, cauſa, noīe, ſeu iure commiſſa, quacunq; illa dignitate, gradu, & pēeminentia præfulgeat, legitimo impedimēto, ſeu iuſtis, & rōnabilibus cauſis ceſſantibus, ſex menſib. continuis extra ſuā diœceſim morando abfuerit, quartæ partis fructuum vnius anni, fabricæ eccleſiæ, pauperibus loci, per ſuperiorē eccleſiaſticum applicandorū pęnam ipſo iure incurrant. Quòd ſi per alios ſex mēſes in hmōi abſentia perſeuerauerit, aliā quartam partē fructuū ſimiliter applicandam eo ipſo ammittant. Creſcēte verò contumacia, vt ſeueriori ſacrorū Canonum cenſuræ ſubijciatur, Metropolitanus ſuffraganeos epiſcópos abſentes, Metropolitanum verò abſentē ſuffraganeus epiſcopus antiquior reſidens, ſub pęna interdicti ingreſſu eccleſiæ eo ipſo incurrenda, infra tres menſes per litteras, ſeu nuncium Romani pontifici denunciare teneatur, qui in ipſos abſentes, prout cuiuſq; maior, aut minor cōtumacia

exegerit,

exegerit, ſuæ ſupremę ſedis auctoritate animaduertere, & eccleſiis ipſis de paſtorib. vtilioribus, prouidere pote rit, ſicut in Dño nouerit ſalubriter expedire. Hæc ibi. Quia ſicut epſ eſt caput cleri, ſic illi ſemper p̄eſſe debet; & ſicut ẽt eſt caput ſuæ eccleſiæ, ſic illi debet ſemper p̄ſto eſſe, vt eius mẽbra valeat exterius fouere, regere, cuſtodire, & diutius cõſeruare; Quatenus igitur eſt caput ſuæ eccleſiæ debet prouidere, atq; ſollicitus eſſe, vt pax, & vnitas ſeruetur inter ſuos ſubditos; eos enĩ, cæteroſq. Chriſti fideles exhortat̃ D. Paulus, ut ſeruare debeant vnitatẽ in uinculo pacis; at hoc minimè adimplere poterit epſ ille, qui non reſidebit, clerumque, ac ẽt eccleſiã ſuam abſque capite relinquit cũ tota ſua diæceſi, q̃ ſanè oĩa mẽbra putrida fiunt capite amoto; quo quidẽ languente, mẽbra in caſſum vigent; q̃nquidẽ etiam fortiſſimi exercitus prælij; cum ſine capite ſint, facile ruunt, ac facilimè diſſipantur. Capitis vulnus mortale cẽſetur, & cum ſit animalis principale mẽbrum, maxima cũ diligentia cuſtodiendũ eſt, ne cum ipſum lætaliter pcuſſum fuerit, eius mẽbra ſtatim interire neceſſe ſit. quo igitur clerus, eccleſia, diæceſis ſe habebunt, eorum capite abſente? & quod aĩarum cura derelicta, ea tñ ſollicitè curat, quæ publicanis, queſtoribus, ac villicis curanda sũt, de ijſq; quotidie cogitat, nõ de illis, quæ ſunt Ieſu Chriſti? Oĩs epſ in ſua diæceſi tñ, eſt Dei Vicarius; quid aũt reqrit Chriſtus à ſuis Vicariis, niſi vt oues, quas pretio magno ipſe emit, diligenter cuſtodiant, nutriant, & paſcant uerbo uitæ? niſi ut pro grege ſuo, ſi opus fuerit, ipſi tanta patiantur, quanta & ipſe perpeſſus eſt? niſi ut pro ouib. ſuis q̃ncunque neceſſarium fuerit, ſanguinẽ fundant? Chriſti Vicarius non eſt dicendus, qui eius veſtigia, actiones, exempla, uitam, & opera, in quantum poteſt, non imitatur. Epiſcopus reſidentiam ſpernens, pſe

Eph. c. 4

Epiſcopus in ſua diæceſi eſt Dei Vicarius.

ctò non attēdit, nec ſibi, nec ſuo gregi, in quo Spiritus
Act.c.20. ſanctus illum poſuit Epm regere Eccleſiam Dei, quam
acquiſiuit ſanguine ſuo: nec ēt legatione rectè fungitur
2.Cor.c.5 ſibi à Dño Deo cōmiſſa; ꝓ Chriſto.n.Epi legatione fun
Epi ꝓ Chriſto legatione fun guntur. gūtur, quam certè illos minimè exercere dicimus, qui à
populo, ad quem miſſi ſunt à Dño, maximè, ac diutius
abeunt, ꝑꝑ quod nec legati noīe digni ſunt, cum nec gre
gis Dñici curam habeant, cum gregē, cuius aſſumpſerūt
curam aberrare per inuia, ac per deſerta permittant; cū
uere Patres Eccleſiarū ſuarū, ac duces gregum ſuorum
1.Tim.c.3 non exiſtant; cum eorum vita non ſit irrepræhenſibilis,
nam oportet Epos irreprehenſibiles eſſe, ſobrios, pru-
dētes, ornatos, pudicos, hoſpitales, doctores, non vino-
lentos, non percuſſores, ſed modeſtos, non litigioſos, nō
cupidos, ſed ſuę domui benè diſponētes, ac teſtimoniū
habētes bonum ab his, qui foris ſunt, ne in opprobrium
incidant, & in laqueum Diaboli; nec his contraria face-
re debēt, quæ alios docēt, cum eorum vita aliis debeat
eſſe bene uiuēdi norma, nec moribus impugnare debēt,
quod verbis prędicāt, cum enim paſtor per abrupta gra-
ditur, facilè oues eius præcipites dantur. Epiſcopus cū
regimen aliorum ſuſcipit, omnino cauere debet, ne per
exemplum praui operis phariſęorum more ad ingreſſū
tendentibus obſtaculum fiat; cum.n. cauſam ſui populi
ſuſcipit, & regimen tanquā medicus ad ægrotum mitti-
tur; & eius actio tm̄ transcendere dēt populi ſui actiones,
quantum diſtare ſolet vita paſtoris à ſuo grege: ſit igit̄
talis Epi vita, ut uiam uitæ ſubditis benè uiuendo de-
monſtret; magnus.n. eſt error in populo, cum Eps aber-
Nemo plus nocet in Eccleſia Dei, quam malus prælat. rat, qui alios, & docere dēt, & corrigere, & nemo plus no
cet in Eccleſia Dei, quā malus Prelatus, quia nullus eū
audet redarguere ob ordinis, & dignitatis ſuæ celſitudi-
nem, & excellentiam, & multi ab eo ſumunt exemplum
delin-

delinquendi. quis.n.ignorat capitis infirmitatem plus nocere toto corpori,quàm infirmitatem cuiuscunq. particularis membri, cum cætera inficiantur membra, qñ caput languere contigerit?cũ ægrotat paſtor; quis ignorat gregem facilè dentibus insidiatoris exponi? error Prǽlati ualdè periculoſus eſt,& ideo Prǽlatus tot dignus eſt ſuppliciis,quot perditionis exempla ſubditis ſuis dare non metuit.

Error Prælati eſt error medici, qui cum ſubdiſtis ſuis monita ſalutis,& exempla recte viuendi dare debeat, veneni pocula propinat,&cum ad vitã reuocare debeat mortuos,ad mortem ꝑducit viuos ſuos,cũ malus Prælatus malis moribus,mala vita,malis exẽplis,& ſe, & ſuos ſubdisos perdat.Infœlix paſtor,infelicesq.oues, quæ dũ paſtoris errantis veſtigia ſequuntur,præcipites dantur, pereuntque oẽs ſimul cum ipſo, qui cũ baculũ habeat paſtoralem,vt eas cuſtodiat,& ſe ipſum,& illas lupis tradit deuorandas.Virga ducit,& reducit paſtor gregem ſuum,& virga directionis regere debet Prǽlatus, & epiſcopus oues ſibi comiſſas;sẽper ob oculos habet paſtor oues ſuas,vt eas cuſtodire queat, ſi quæ errauerint, ab alijsq.longius diſceſſerint,& epiſcopo locus eminentior datur,vt ipſe ſemper intendat,populũq.ſuũ facilius,cõmodiusque proſpiciat,videat, regat,atq.gubernet,tanq̃ paſtor Dominicum gregem,quando igitur non ædificat Dei Eccleſiam,nec plebem ſibi ſubiectã inſtruit, nec Apoſtolorum filius nec verus paſtor,nec Magiſter veritatis eſt appellandus.Nam ſicut epiſcopi in ſuis Eccleſijs reſidentes,& ouium ſuarum curã gerentes, dñr boni paſtores,ita minimè in illis reſidẽtes,mali paſtores sũt nuncupandi.Nonne ſunt mali paſtores illi,qui non paſcunt oues cũ diſciplina,ſed potius quaſi mercenarii gregis ſalutem nequaq̃ cogitant?qui quod errauit non cõ-

uertunt,quicquid periit non quęrunt,qui tantummodo de ouibus lac,& lanā,'cibum,& veſtimēta capiunt? Hæc quidē cuncta quis ignorat perpetrare epiſcopos, ac paſtores illos,qui reſidentiam negligunt,& ab eorum Ec-
Ezech. c.14 cleſiis longè continuò abſunt? Veh vobis igitur paſtoribus, qui non gregem Domini,ſed voſmetipſos tantùm paſcitis,quicquid infirmum eſt non conſolidatis, quod ęgrotum eſt non ſanatis,quod fractum eſt non alligatis, quod errat non reducitis,quod perit non quæritis,& oues diſperſas ad caulā non reducitis, nec errantes corrigitis,ſanguis vero eorum de manibus veſtris requiretur, vos.n.tenemini ad exercendum officium paſtorale pp ſubditorum veſtorum ſalutem: & ideo vbi eorum oīum ſalus exigit præsentiam veſtram,uos eo caſu gregē veſtrum personaliter deserere non debetis, nec pp aliqđ tēporale commodum,nec ēt ob perſonale periculum, cum ſit optimi paſtoris officium,ponere aīam ſuam,cū neceſſarium fuerit pro ouibus ſuis. Cum ſubditorum veſtrorum ſaluti per alium commodè prouidere poteſtis, tunc fortè licebit pp aliquod Eccleſiarum vēſtrarū bonum,uel ob uitandum perſonarum veſtrarum aliquod imminens periculum,per aliquod tp̄s greges ueſtros derelinquere. Et propter hoc inquit D. Aug. Fugiant de ciuitate in ciuitatē ſerui Chriſti,qn̄ eorum quiſq. à perſecutoribus ſpecialiter quæritur,ut ab aliis, qui non ita q̄runtur,non deſerať eccleſia. Gerunt prætereа ep̄i Mitrā bipartito cornu,q̄ diſciplinā utriusq. teſtī ſignificare vr̄, qa ut alibi diximus,ep̄s teneť hr̄e cognitionē D. Script. quæ conſiſtit in veteri,& nouo teſtō: ſimiliter dēt ſcire Sac. Canones,ut de lege interrogati ſciant rn̄dere. Duæ uerò ipſius Mitræ appēditiæ doctorum expoſitiones, q̄ ſūt ſm̄ duplicem ſenſum litteralem,& moralem,ſignificant;qm̄ oportet,ut epiſcopus ſine intermiſſione eccleſiam

D. Auguſt. In epiſt. ad Honoratum. Quare ep̄us portat Mitrā bipartito cornu,

ſiam inſtruat in doctrina ſana, ſubditos ſuos doceat ea, quæ ad ſalutem aĩarum pertinent, regat omnes, atq. gubernet, & prudenter cuſtodiat, ne aberrent, & ut ab oĩbus vitiis in ſe abſtineant. Subditi verò eius libenter eũ debent audire, illiuſq. doctrinam amplecti, cum diligere, tanquam Dei optimi legatum ſuſcipere, & diuini verbi præconem; quæ quidem oĩa qũo adimpleri poterunt, ſi Epiſcopi non reſidebunt in ſuis Epiſcopatibus? & ſi nec regiminis ſui in ſe rationem habent, nec ſua detegũt 2.q.7.c.q nec delicta, nec filiorum crimina corrigunt, ipſi uiderint. Sicut.n. Epiſcopus dignitate alios pcellit, ita & religione, & bonitate præcellere dẽt. In manibus baculum portat, Quare tenet fert in capite Mitram, & in digito annulum tenet, nõ ut in digito annulum. dignitate tantum, ſed & bonitate quoq. alios præcellat; annulus.n. non tantum dignitatem Epiſcopalem, & fœdus cõiugii inter epiſcopum, & Eccleſiam ſignificat, ſed & bonitatem præfert, quam in oĩbus actionibus ſuis demonſtrare dẽt epiſcopus, ac fidelitatem, quam ſeruare tenetur ſponſæ ſuæ, nempè eccleſiæ ſuæ, quæ quidem illo mortuo, dr̃ vidua, cui, dum uiuit, ſeruire dẽt fideliter corde, & aĩo, cum etiam in quarto digito annulum ferat, in quo vena eſſe dr̃, quæ à corde procedit; ex quo quidem patet epiſcopum adeò eſſe eccleſiæ ſuæ coniunctum, annexum, & alligatum, ut illa eo uiuente, ab alio minimè queat deſponſari, aliàs diceretur adulterari. & ſicut non licet carnali ſponſo, uno, eodemq. tpe duas hr̃e uxores, ne adulter exiſtat, ita nec epiſcopo licet, uno, & eodem tpe duos epiſcopatus poſſidere, ne duarum uxorum ſponſus habeatur. ſicut uir uxorẽ ſuã diligere debet uti corpus ſuũ, ſic eps eccleſiã proſequi tenet̃ amore, quia eſt ſponſa ſua. at qũo illam diligit, ſi eam deſerit; ſi nunquã, uel rarò viſitat? & ſi ſponſam ſuam nõ diligit, quã à Chr̃o Dño accepit, qũo Chr̃i ſeruus eſſe cẽſebit? ſicut.n.

Chri-

Chriſtus ſemetipſum tradidit, ut ſanctificaret eccleſiã, mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ,ita epiſcopus eccleſiam ſuam,cui deſponſatus eſt,diligere dēt,illi ſemper adhærere tenetur,tanquam ſponſæ ſuę,cum indiſſolubile ſit uinculum,ac matrimonium inter vtrumq.contractum,quod nullus præter Papam diſſoluere põt cum ſit contractum fide media inter Deum, & ipſum epiſcopũm eccleſiam recipientem,tanquam ſponſam ſuã, cũ qua tenetur continuò commorari.Sed heu,quę mala nõ patitur eccleſia,qñ ſponſus in ea negligit reſidere? hinc morum deprauatio,hinc eccleſiaſticæ diſciplinæ labefactatio,hinc diuini cultus deriſio,hinc diuerſorum errorũ pullulatio,hinc uirtutum extirpatio, hinc uitiorum uorago, hinc omnis boni auerſio, & omnis mali plantatio.

Epĩ tenentur viſitare diœceſes ſuas.

Sæpe tenentur epiſcopi viſitare diœceſes ſuas,at quonam pacto illas viſitare poterunt,ſi reſidere in eis neglexerint? & ſi illas non viſitauerint,quomodo ſubditorum errores corrigere poterunt? quomodo virtutes plantabunt?quomodo malos mores extirpabunt? At fortè per Vicarios,& Suffraganeos ſuos viſitabunt eas.Eſto; Sed caueant,ne ad huiuſmodi viſitationes faciendas mittãt potius lupos rapaces,quam homines,mercenarios, quã paſtores.At certe paſtores mittere non poſſunt,cum ipſi ſint veri paſtores,qui cum eò ire negligunt,non niſi mercenarios mittere valent,qui lucrum potius,quã animarum ſalutem quærunt,& cum eorum oues paſtores ſuos non videant,facilè errando pereunt,mores deprauant, multi in hæreſes labuntur,lapſi non corriguntur, ignorantes minimè edocentur,debiles non ſuſtentantur mali in bonos inſurgunt,Sacramenta conculcanť,& Deus non niſi à paucis timetur. Cur aũt hæc? quia non ſunt boni paſtores,qui ponant animas ſuas pro ouibus ſuis,

ſed

ſed mercenarii,qui ſolum de gregibus lucra extrahere nituntur, & ſua,non quæ Ieſu Chriſti quærunt. Maximè igitur cauendum eſt omnibus episcopis,ne diutius abſentes exiſtant à ſuis Eccleſiis,cum earum cura ipſis præcipuè ſit commiſſa, & ouium Chriſti cura ipſis ſit demandata non mercenariis,qui tantum quærunt quæ ſua ſunt,non quæ Ieſu Chriſti. Episcopi dicuntur Columnæ Eccleſiarum ſuarum,ſed quomodo illas ſuſtentabunt,ſi in eis non reſidebunt? hi profectò ſunt columnæ æneæ,ideo habere debent donum fortitudinis, vt ſint fortes in bello huius vitę,quę eſt militia ſuper terrā, & pugnare poſſint cum antiquo ſerpente.Sunt ēt columnæ marmoreæ,quia albi eſſe debent per caſtitatis mūditiam,& frigidi contra libidinis ardores,& contra aduerſa ſtabiles,& firmi.Sed quomodo columnas eſſe dicemus episcopos illos,qui non reſident in ſuis Eccleſiis, legitima ceſſante cauſa?quomodo ſolliciti erunt, & vigilantes in defendendo pauperes,in releuādo oppreſſos, in conſolando uiduas,in protegendo orphanos, in paſcendo tandem greges ſuos cum ſint paſtores?unde magnopere ſolliciti eſſe debent , ne aliqua ex ouibus ſuis pereat;quoniā ſi ſpeculatores,ſicuti ſunt episcopi oēs, uiderint gladium uenientem,& non inſonuerint buccina,& populus non ſe cuſtodierit, ueneritque gladius, & tulerit de eis animam, illi quidem in iniquitate capti ſunt, & ſāguinem eius de manu ſpeculatorū requiret Dominus.Debent igitur episcopi in ſuis reſidere Eccleſiis,& dominici gregis curam non negligere , ne per eorum negligentiam Eccleſiæ altitudo corruat.quoniā melius eſt in tempore occurrere,quàm poſt uulneratam cauſam remedium ſumere , & ideo euigilare debent oēs in corrigendis ſubditorum ſuorum erroribus , quia ſicut in omni opere diligentia maximè laudatur,ita eru

Epi dnr colūæ eccleſiarū

Ezech.c.33

ditio-

ditionis nouerca eſt negligentia, quæ in epiſcopo, & paſtore magnopere eſt deteſtanda, cum non ſolum ſibi, ſed etiam aliis multis noceat. Sed dicam ne diligẽtes, an potius negligentes epiſcopos illos, qui ſubditorum ſuorum curam non gerunt cum omni ſollicitudine? immo & negligentes, & pigros nuncupabo, quia cum ſubditos ſuos corrigere negligant, ſecuritatem proculdubio dant omnibus delinquẽtibus. Sed vęh Rectoribus, qui dum ſubditorum mala reſpiciunt, cum ſilentio linguam prę mũt, conſpectis.n. vulneribus vſum medicaminis ſubtrahunt, & eò fiunt mortis auctores, quo uirus, quod poterant loquendo eiicere, noluerunt. tunc mortem languentibus probantur infligere, cum ſi uellent, poſſent excludere. Error.n.ei non reſiſtitur, approbatur, & ueritas, cum minimè defenditur, opprimitur, & negligere, cum poſſis perturbare peruerſos, nil aliud eſt, quam illis manifeſtè fauere, cum ſcrupulo minimè careat ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinore deſinit obuiare. Nec prodeſt Ep̄is, ſi propriis erroribus non polluantur, quãdo conſenſum per negligentiam erranti præſtant. Quis.n. non uident eum erranti conſentire, qui ad reſecãda, quæ corrigi debent, non uolunt occurrere? Ep̄i, qui, vt ſubditis ſuis placeant, & ab eis amentur, illos non corrigunt, nõ paſtores ouium, ſed lupi ſunt potius nuncupandi, at q̄d miſerabilius uideri poteſt illo paſtore, qui luporum gloriatur laudibus? ò maxima ouium pernicies. ſed quis neſcit negligentium ouium culpas in negligentem paſtorẽ referri, qui eas corrigere neglexit? epiſcopos uitia iuſto odio habere tunc dicam, q̄n errantes condemnabunt, cum ſit gradus innocentiæ primus, odiſſe neſanda. Quæ proculdubio epiſcopus ille odiſſe mihi vr̄, qui loco, & tempore corrigere non prætermittit ea qua debet charitate, delicta ſubditorum, nec ſinit unquã de manu ſua

cade-

cadere baculum paſtoralem,cum ſemper uigilare nitatur ſuper gregem ſuum,ne ſi minus contra culpas attendat;culparum oīum reus ipſe habeatur. Si.n.medici negligentia infirmus migrat è uita,ipſe nonnè reus mortis reputatur?parum refert,quod quis mortē non inferat, ſed admittat,ſinatq.inferri;mortē.n.languētibus nonnè probatur infligere,qui illam,cum poſſit,non excludat? qui peruerſos non perturbat,cum poſſit;& ualeat, ſed illis potius fauere non deſiſtit, in eorum crimine conſentire uidetur.

Multa mala oriuntur in populis ex negligentia,& abſētia prælatorū.

Hæc oīa mala videntur oriri in populis ex negligentia,& abſentia epiſcoporum,qui nullam habent curam ſubditorum ſuorum, ſed derelinquunt eos in manibus mercenariorū,qui ſe illos paſcunt,& non illos. Ex abſētia inſuper,& negligentia Prælatorum multi ex eorum ſubditis,cum non adſit,qui eos corrigat,dū malè agunt putant quodcunq. malum,quod audacter ꝑpetrant,vel non eſſe tale,vel eſſe paruum. multiplicantur peccata, quia citò non corriguntur, cum,namque cito non fertur ſententia contra malos,abſq. ullo timore mala perpetrant,& facilius delicta continuant, ex quibus poſteà boni inficiantur;& quanto in plures tranſierit infectio, tanto difficilior erit correctio. Videant igitur, ac diligentiſſimè conſiderent Epiſcopi quantum,& quale ſit eorū onus,& pondus graue. Et quis eorum conſiderat Ieſu Chriſti ſponſæ gloriam,ſanctimoniam,venuſtatem,ſpiritualem prudentiam,ornatum;& è contra cognoſcit peccata ſua,ſuaſq.negligētias,& illas gemitibus, luctibuſq. aſſiduis non proſequitur?Canones tenentur ſeruare,& ut à ſubditis ſuis ſeruentur,curare debet Epiſcopi, ſunt .n.ipſorum ſacrorum Canonum miniſtri,ut diſt. 21.c.1. & ideo à regulis,ſacriſq. Canonibus nunquam diſcedere

Epi ſunt ſacrorum Canonū miniſtri

debent, nec illos unquam violare, ut boni Epiſcopi nominentur. At quonam pacto ſeruabunt Canones Epiſcopi, curabuntq. ut eorum ſubiecti illos ſeruent, qui in ſuis Eccleſiis negligunt reſidere? hi quõ Canonum cuſtodes erunt? immo potius transgreſſores appellabuntur. & ſi non reſident, quam curam habẽt de pauperibus, quorum patres, & protectores eſſe debent? quõ illis ſuccurrere poſſunt in anguſtiis in carceribus, in aliiſq. eorum neceſſitatibus? & qui hæc facere contemnunt, incaſſum nomen epiſcopi portant. Bonorum Eccleſiæ, quæ ſunt etiã bona pauperum epiſcopi diſpenſatores, ideo eorum aliq̃ portionem diſpenſare tenentur Ieſu Chriſti pauperibus, non omnia uni, ſed quædam ſingulis, ut pluribus proſint; ſed primo bonis, & poſtea aliis, qui & ſi nõ ſint boni, ſunt tñ homines, quamuis pauperes, ac debiles, ob quod cum nequeant aliquo modo laborare, tenentur epiſcopi uictum, atq. ueſtitum inquantũ ſibi poſſibilitas fuerit, elargiri, cum liberalitas ſit uirtus maxima laude digniſſima, quæ cum in omni hominum genere ſit laudabilis, laudabilior tñ uidetur in Epiſcopo præcipuè ea utente erga Chriſti pauperes, pro quibus qñ opus eſt, debẽt epiſcopi non ſolum propriam effundere pecuniam, ſed etiam uaſa dominica frangere, pro redemptione namq. captiuorum, iuxta traditionem ſacrorum Canonum, & legalium ſtatutorum licitè ſacræ res, & uaſa venduntur. Sed quonam pacto epi non reſidentes eiuſmodi curam habebunt pauperum? ſi illos negligunt, & ab eorum Eccleſiis continuò abſunt, quõ eis opem ferre poterunt? Debent reſidere omnes, legitimis ſemper ceſſantibus cauſis, in ſuis eccleſiis, ut ijs omnibus, quę ad eorum curam maximè pertinere videntur, diligentiſſimè ſemper intendant, & bona, quæ ſuarum eccleſiarum adminiſtrant, non tam

Sunt diſpenſatores bonorum Eccleſiæ.

d. 82. c. epiſc.

d. 86. c. & etiã 12. q. 2. c aurũ. 11. q. 2. c. vt ſacrorũ canonũ.

quam

quam eorum Domini,ſed tanquam procuratores,atque ut dixi diſpenſatores,iuxta exigētiam erogare:teneturq. ſingulis clericis, & fratribus ſuis præbendas diſpenſare vnicuiq. ſicut opus fuerit,& non æqualiter omnibus, cũ non æqualiter valeant omnes,nam habet poteſtatem diſpenſandi bona eccleſiaſtica ſuis loco,tempore,& perſonis.cum autem alijs ſubuenire teneatur in periculis, & neceſſitatibus,ut ſupradictum eſt,multo magis ſuiipſius curam debet hr̃e,& ideo canonicam ſuam portionē minimè debet ammittere,quæ eſt tertia pars omnium oblationum,& reddituum vndecunq.prouenictium; quamuis recipiat tantummodo quartam, & aliam relinquere ſoleat reſtaurationi,& fabricæ eccleſiæ. Hanc autem canonicam portionem,vt dixi,ammittere minimè poteſt, nec etiam ex delicto,ſeu qualibet eius iniquitate, cum ratione ſui,ſed eccleſiæ ſuæ eam debeat ſubleuare, tueri, atq.defendere,nam delictum perſonæ non debet in dãnum Eccleſiæ redundare;licet.n.aliquando uitam clericorum aliqui deteſtentur, tanquam non bonam, tñ ius eccleſiaſticum nullatenus nec poſſunt,nec debent immutare,uel diminuere;nec cuiq. licet nequitiei clericorum prætextu oblationes,neq.primitias,neq.decimas, niſi quibus ex diuino mandato debetur, pro ſuo libito erogare,cum non ſit licitum aliena cuiq. concedere contra eorum domini uoluntatem.at cui nam laicorum licitum eſt tenere,& poſſidere res,& bona Eccleſiæ abſq.periculo manifeſto animæ ſuę?cum igitur de ijs omnibus, de quibus hucuſq.ſermonem fecimus epiſcopi curam habere teneantur,& debeant,oportet,ut eorũ quiſq. reſideat in ſua eccleſia,curamq. gerat earũ omnium animarum, quæ à Dño Ieſu Chriſto ſibi commiſſæ fuerunt. Sunt tñ aliquæ cauſæ, & nõnulli caſus,ob quos aliqui eorum ex-

D. Aug. in reg.

10.q.2.c.de his. & c.decernim. 16.q.1.c.conſtitutum.

cuſari videntur, ſi nonnũquam reſidere non potuerint in ſuis eccleſiijs, nam in qualibet obligatione attendi maximè debet finis ipſius obligationis. Nulli dubium eſt epiſcopos ſe obligare ad exequendum paſtorale officiũ propter ſubditorum ſuorum ſalutem, quæ quidem ſalus ubi exigere uř præſentiam perſonæ ipſius paſtoris, paſtor deſerere non debet gregem ſuum perſonaliter, nec ob aliqđ temporale commodum, nec etiam propter perſonæ ſuæ imminens periculum, cum bonus paſtor animam ſuam teneatur ponere pro ſalute ouium ſuarum: vbi ſubditorũ ſaluti poteſt ſufficienter per alium prouideri, tunc licet epiſcopo, vel propter aliquod ſuæ eccleſiæ commodum, vel ob propriæ perſonæ periculum, gregem ſuum corporaliter derelinquere. Caueant ergo diligentiſſimè Epĩ, ne filios relinquant orphanos, ut ſeipſos ſaluos faciant, quia debent eſſe in fide integri, in præſſuris probati, in perſecutione proſcripti, & beati erunt, ſi perſecutionem patientur propter iuſtitiam, præſſuram .n. metuere nunquã debent, qui alios in perſecutionibus conſolari tenentur.

Matth. c. 5.

Qñ epiſcopi nõ tenẽtur reſidere.

Reſidere prǣterea non tenentur epiſcopi, qui ob cauſã legitimam de licentia Papæ fiunt Monachi; licitum eſt .n. epiſcopo religionem ingredi, & curam epiſcopalem deſerere. quandocunq. etiam impeditur procurare ſalutẽ animarũ, veluti ſi fuerit (quod Deus auertat) homicida, uel ſimoniacus, aut ſenex, uel infirmus, vel aliquem habeat defectum, qui ad curam regiminis officiat, vt putà ſi fuerit bigamus. Aliquando ẽt contingit, quod epũs proficere non põt ex defectu ſubditorum, ut cum de prę latione illius graue ſuſcipitur ſcandalum, quod tñ ſcandalum non procedit ex malitia epiſcopi, ſed aliquorum ſubditorum, volentium fidem, & iuſtitiam conculcare; Sed reuera propter huiuſmodi ſcandalum non eſt deſerenda

renda cura paſtoralis, quia illi cum ſint cæci, ut cæcos, & cæcorum duces ſinere debet epiſcopus de quibus dicebat Chriſtus, ſinite illos, quia cæci ſunt, & duces cæcorũ. Matth. c.15. Sed relinquenda erit propter defectum ſcientiæ, quę circa ſpiritualium adminiſtrationem cùm ſit maximè neceſſaria, & circa temporalium opportuna, epiſcopus, qui commiſſam ſibi eccleſiam, in ſpiritualibus, & temporalibus ſalubriter regere debet, ſi eiuſmodi ſcientiam ignorat, licitè curam renunciare debet paſtorem, & maximè ſi omninò ſit indoctus. licitè etiàm poterit epiſcopus ſuã derelinquere eccleſiã, ſi plebs, cui præeſt, adeo duræ ceruicis erit, ut apud eam ille nullo pacto proficere poſſit, & ſi propter eius duritiem eo magis indurabitur, quãto magis ipſe ſollicitus erit in docendo, inſtruendo, & dirigendo eam in viam ſalutis æternæ. Poterit inſuper curã ſuã paſtoralem deſerere epiſcopus pro graui ſcandalo euitãdo, quod tñ alio modo euitari non poſſit. nunquam uerò ex omnibus, uel aliquibus ex ſupradictis cauſis nõ poterit Epiſcopus derelinquere ſuã eccleſiam, ſine expreſſa Summi pont. licentia, ad cuius nutum, tanquam omnium fidelium, etiã Regum, & Imperatorum principis, tenetur omnia derelinquere, & ab eo vocatus, ipſũ adire. poteſt quoq. epiſcopus abſens eſſe ab eccleſia ſua, & excuſatur à reſidẽtia ob cauſam infirmitatis, & quotieſcunque de conſilio medicorum oportet ob ſanitatem recuperandam alio ſe transferre, dummodo grauis neceſſitas ſuæ eccleſię non adeſſet, quæ præſentiam ſuam corporalem requirere uideretur.

Excuſatur præterea ab eadem reſidentia, cum à Romano Pontifice vocatur ad Vrbem, de qua non poteſt diſcedere poſtea abſq; ipſius ſummi pontificis licentia, quam petere tenetur, alioquin non excuſaretur, quia excuſatio iuris fundamentum non haberet. Excuſatur

inſu-

inſuper epiſcopus à reſidentia quandocunq; abſens eſt ob tractandas res grauiſſimas, pertinentes ad vtilitatē totius Reipublicæ Chriſtianæ, pro cuius bono tenetur omnis particularis eccleſia proprium exponere paſtorem, quando damnum aliquod patitur. hinc fit, quod multi epiſcopi à ſede Apoſtolica mittuntur Nuncij ad Principes, Reges, & Imperatores ad tractanda grauiſſima negotia, reſq; maximas peragendas propter Reipublicæ Chriſtianæ commune bonum, quod quidem appetere debet omnis Eccleſia particularis, tanquam filia bonum matris ſuæ, quoniam inter vnumquemque epiſcopum, & eccleſiam vniuerſalem contrahitur vinculum ſpirituale, quod quidem minimè diſſoluitur, etiāſi epiſcopus de licentia Romani pontificis dimittat eccleſiam ſuam, ex quo quidem clarè patet, epiſcopi uinculum maius eſſe quo ad eccleſiam vniuerſalem, q̄ particularem; particularis. n. eccleſiæ uinculum poſt confirmationem contractum, diſſolui poteſt à ſummo pontifice, uniuerſalis uerò minime. Reſidere igitur in ſuis eccleſijs tenentur non ſolum epiſcopi, ut diximus ceſſantibus legitimis cauſis, ſed etiam Archiepiſcopi, Patriarchæ, & DD. Cardinales epiſcopatus habentes, ut in tractatu de Cardinalibus declarauimus. Quę uerò de Reſidentia, & antiquis, & noſtris temporibus ſanctè, & utiliter hactenus in eccleſia Dei ſancita fuerūt, adeò multa, & grauia illa quidem ſunt, ut iure ſuo quoſcūq; huic muneri adſtrictos in officio facilè continere debeient: ſed peccatis noſtris ita exigentibus, quotidie magis creſcit audacia, pietas verò, ac omnis diſciplinæ chriſtianæ ratio labitur: ex quo fit, ut homines nimium ſibi cōfidentes, facilius, & ſæpius in munere ſuo delinquant. ſed vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima præuide-

uiderent, utinam meminerent. Non reſidentes mortalis peccati reatum incurrere, fructusq. pro rata temporis abſentiæ ſuos non facere, eosq. tuta conſcientia ſibi detinere non poſſe, alia etiam declaratione non ſecuta. Veh paſtoribus, qui curam ſibi à Deo commiſſam negligunt. Hinc enim animæ negliguntur, oues pereunt, morbi creſcunt, hæreſes, & ſchiſmata prodeunt, eccleſię deſtruuntur, ſacerdotes uitiantur, & reliqua mala proueniunt. Non taliter Dominus docuit, nec Apoſtoli inſtituerunt, ſed ipſi, qui curam ſuſcipiunt, ipſi peragant, & ipſi proprijs manibus Domino repræſentent. nā ipſe ouem perditam diligenter quæſiuit, ipſe inuenit, ipſe proprijs humeris reportauit, idipſumq. epiſcopos facere docuit, ſi ipſe pro ouibus tantam curam habuit, quid illi dicturi ſunt epiſcopi, qui etiam pro ouibus cōmiſſis curam impendere negligunt, & aliis eas educandas tradiderunt? corrigantur hæc neceſſe eſt, quia qui plus laborat, maiorem mercedem accipiet. Audiant iſti quid beatus Iacob patriarcha, qui pro uxoribus diù ſeruierat, dixerit ſocero ſuo. Viginti annis fui tecū; Oues tuæ, & capreæ ſteriles non fuerunt; Arietes gregis tui non comedi, nec captum à beſtia oſtendi tibi, Ego damnum omne reddebam; & quicquid furto perierat, à me exigebas; die, noctęq. ęſtu urgebar, & gelu fugiebatq. ſomnus ab oculis meis. Si ergo ſic laborauit, & uigilauit, qui paſcebat oues Laban, quanto labori, quantiſq. vigiliis debet intendere, qui paſcit oues Dei? Quid uos ò paſtores, agitis, quando mercedem conſequimini, & tamen operarij nequaquam eſtis? Fructus quippe S. Eccleſiæ in ſtipendio quotidiano percipitis, ſed tamen pro æterna eccleſia minimè laboratis, pro qua ſola totis uiribus laborare deberetis. Aperiat Deus fontem miſericordiæ

Conc. Tri. ſeſſ. 23. c. 1. de reformat.

Gen. c. 31

ſuæ,

ſuæ,& concedat populo ſuo Chriſtiano Epiſcopos,& paſtores, qui paſcant nos verbo doctrinæ catholicæ, & exemplo integerrimæ vitæ. Amen.

LAVS DEO.

Et ego D.Blaſius Bagnus Theologorum omnium minimus,hos meos ſexdecim tractatus, necnon omnia alia mea ſcripta,cenſuræ ſummi Pontificis, ac ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ libentiſſimè ſubmitto.

Digitized by Google

Digitized by Google